ΜΑΡΚΙΑΝΟΣ. ΜΕΝΙΠΠΟΣ. ΣΤΑΔΙΑΣΜΟΣ.

MARCIANI PERIPLUS. MENIPPI PERIPLI FRAGMENTUM QUOD ARTEMIDORI NOMINE FEREBATUR. PERIPLI QUI STADIASMUS MAGNI MARIS INSCRIBI SOLET FRAGMENTUM.

GRAECE ET LATINE

EDIDIT

ADDITA DODVVELLI DISSERTATIONE, SCRIPTURIS CODICUM, HOESCHELII, HUDSONI, ALIORUM ET SUIS NOTIS

S. F. GUIL. HOFFMANN.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS C. L. FRITZSCHII.

MDCCCXLI.

1862, Aug. 12.
181.32 1/2
Gray Fund.

VIRIS QVI QVANTA IN IPSIS EST INGE
NII PRAESTANTIA EAM CVM IN ALIIS
HVMANITATIS STVDIIS TVM IN STV
DIO ANTIQVAE GEOGRAPHIAE COLLO -
CANDAM PVTAVERVNT

A. I. LETRONNIO

G. F. GROTEFENDO

F. A. UKERTO.

Ex quo tempore, idque multi sunt anni, in geographia sumus versati antiqua, saepe mirati sumus, geographos minores, qui praeter Strabonem fere soli sunt fontes horum studiorum, in Germania non esse a quoquam usque adhuc editos. Nam qui coepit id facere, Bernhardyus (nam cum multi voluerint, tamen nemo unus incepit,) non perrexit intermisitque nescio qua de causa opus. Quam ob causam operae pretium facturos esse putavimus, si hanc operam edendorum geographorum qui dicuntur minorum susciperemus. In quo faciendo versati sumus ita, ut et textum paginarumque numerum qui est in Hudsoni editione repeteremus et ea quae sunt ab hoc viro docto animadversa, additis paucis quibusdam nostris. Neque igitur putamus plura de hac nostra editione disserenda esse, quam speramus futuram esse gratam iis, qui in his studiis sunt occupati libenterque ea quibus in his adjuvantur accipiunt; qui autem non putant fieri bene quidquam posse nisi a semet ipsis, ii hunc nostrum laborem improbabunt, quidquid dixerimus. Sed alia quaedam a nobis addenda esse videntur. Ac primum quidem de Menippo pauca dicentur, cum de eo nuper demum uberius commentatus sim (*Menippos, der Geograph aus Pergamon, dessen Zeit und Werk. Leipz.* 1841. 8.) Ac primum quidem ea fragmenta, quae usque adhuc Artemidori nomine ferebantur, Menippi esse, postquam eo libro, quem de Iberis edidi, docui, etiam ab aliis cognitum est. Nam in praefatione quam Marcianus toti Menippi periplo praemisit quaeque est conservata nobis, primum de epitome quam peripli Artemidori fecerit, deinde de eo periplo, quem ipse duobus libris complexus sit, exponit, tum addit a se etiam Menippi peripli, qui aeque ma-

gna cum diligentia atque Artemidoreus compositus esset, factam editionem esse. Quae omnia iterum diligenter atque uberrime nunc persecutus sum. Quod cum agerem, etiam id sensi, me cum hunc locum, qui p. 101. uncis inclusus est sicque incipit: *Περὶ δὲ τῆς διαφωνίας κέ.* exit autem p. 103. his verbis: *τῶν σταδίων εὑρόντες*, ita transponerem, ut prooemio alterius peripli Marcianei libri adderem, non verum vidisse. Nam eum intellexi primum eo loco, ubi addendum censueram, locum habere non posse, cum quae ibi dicta a Marciano sunt, per se absoluta sint ac perfecta, deinde ille locus si quo alio loco in Marcianeo periplo inserendus esset, fortasse Marcianus non haec verba addidisset: *ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ, ἐν ᾧ τὸν περίπλουν τοῦ ἑῴου παντὸς ὠκεάνου πεποίημαι.* Tum videri etiam necesse fuisse, ut Marcianus, cum Menippi stadiasmi paullo aliter se haberent atque in Artemidori epitome atque in suo ipsius libro, ea de re pauca diceret exponeretque caussas probabiles. Nec tamen facile quis neget, id ita a Marciano factum esse, ut facillime quis, quae is de hac ipsa re dixerit, non suo loco esse posita existimare possit, quamquam mihi sumam rem jam iterum ita a me esse enucleatam argumentis cum externis tum vero internis, ut verba suo esse loco posita quisque jam intellecturus sit. Sunt autem inserenda pag. 164 ante haec verba: *Διήρηκε δὲ ὁ Μένιππος κέ.* Namque aliter id demonstrandum erat atque id nuper a Fabricio quodam factum est, qui cum contra me scriberet, cum ita quem ad modum factum est id fecerit, non modo malum se hominem exhibuit sed etiam arrogantem minimeque earum rerum quas docere me voluerit peritum, imo potius rudem. Quod postremum de hoc homine dixi, maxime hoc meruit, quod negavit ullo modo de Menippi aetate constare. Eam rem cum nunc uberius iis quae recens a me perscripta sunt exposuerim, tantum hoc loco significamus, extare epigramma Crinagorae, quod jam Hudsonus descripsit quodque ne novisse quidem iste videtur, quem iterum nominare taedet. Istud autem epigramma sic se habet:

Πλοῦς μοι ἐπ' Ἰταλίην ἐντύνεται, ἐς γὰρ ἑταίρους
Στέλλομαι, ὧν ἤδη δηρὸν ἄπειμι χρόνον.
Διφέω δ' ἡγητῆρα περίπλοον ὅς μ' ἐπὶ νήσους
Κυκλάδας ἀρχαίην τ' ἄξει ἐπὶ Σχερίην.
Σύν τί μοι ἀλλὰ, Μένιππε, λάβεο φίλος, ἵστορα κύκλον
Γράψας, ὦ πάσης ἴδρι γεωγραφίης.

Cf. Anthol. Graeca ed. Fr. Jacobs tom. II. p. 134. Cf. tom. XIII. p. 876. Jam vero ostendi alio loco Crinagoram fuisse aequalem Strabonis. Crinagoram autem et Augusti tempore et Tiberii floruisse cum testimonium Strabonis tum vero cetera quae extant epigrammata Crinagorae probant. Certum est igitur, Menippum fere eodem tempore quo Strabonem, paullo sive prius sive serius, scripsisse.

Quae vero ad Marcianum pertinent, ea jam Dodvvellus persequutus est iis, quae de Marciani aetate et scriptis disseruit. Quo tamen is tempore vixerit, cum aliis, tum maxime hoc probatur, quod Holstenius ad Peirescium scripsit (Epistolae Parisienses. Ed. Bredow. Bresl. 1812. 8. p. 11.): „Marciani Heracleotae *περίπλων* libri II. author hic *σύγχρονος* fuit Synesio, qui Epistola C. ad Pylaemenem rhetorem Heracleotam Marciani meminit. totum hoc opus concinnatum est ex uno Ptolemaeo, quocirca jactura aliquot capitum facilius et aequiori animo ferri potest. tum lacunae ingentes singulorum ferme capitum. Solum ego ultimum caput desidero de distantia praecipuarum urbium Orbis ab Urbe Roma: quod indiculus secundo libro praefixus promittit et Stephani epitomator citat, voce *Τίγγις*, puto enim auctorem miliarii aurei et itinerariorum publicorum fidem ea in re fuisse secutum. Nullum mihi msceptum exemplar videre licuit, praeter Palatinum, quo usus fuit Hoeschelius." Dolendum est, quod editio haec quam paraverat Holstenius non prodiit, cum alia epistola haec scripserit: „Haec opuscula hactenus lucem nondum adspexere, quibus subjungam septem illa, quae Hoeschelius publicavit; sed ita emendata ut plane nova videri possint; nihil enim corruptius unquam prodiit."

Prius autem quam ad alia transeo, dicimus, Marciani librum non ipsum ad nos pervenisse sed epitomen ejus, quod ex iis fragmentis Marcianei operis apparet, quae Stephani Byzantini lexico servata sunt. Nam illa interdum multo sunt uberiora quam ea quae in Marciani periplo eo, quem nos habemus, leguntur. Miramur, quod hoc Millerus, qui postremus Marcianum edidit, ne suspicatus quidem est.

Jam pauca de codicibus scriptorum Marciani dicenda sunt. Prius quam Millerus qui Parisiis degit fragmenta geographorum qui dicuntur minorum edidisset, Marciani scripta tantum duobus codicibus edita erant, uno palatino, altero Hervuarti. Sed iste vir eruditus tertium codicem in bibliotheca invenit parisiensi, qui praeter alia fragmenta etiam Marciani scripta continet, sed tamen ita continet, ut lectiones novas fere nullas exhibeat quae quidem iis, quae notae sunt, praestent, initium tamen operis, quod in codicibus duobus prioribus totum interiit, totum id quidem habeat sed ita literis deletis, vix ut adhibita arte chemicorum aliquot verba agnosci potuerint. Ac Haasius, vir clarissimus, qui aliquamdiu Parisiis studiorum causa vixit, haec de isto codice, quem cum in bibliotheca Pithoei fuerit Pithoeanum nominant, scripsit ephem. lit. Halens. ann. 1839. Nr. 105, p. 227 sqq.: *Die Lücken, welche Herr Miller* (haec enim scripsit, cum de Milleri editione exponeret) *gleich vom Anfang des Marcian bemerkt hat, bedürfen einiger Berichtigungen; er schreibt:* [Τῆς μὲν μεταξὺ Εὐρώπης τε καὶ Λιβύης] κειμέ[νης], θαλάσ[σης], ἣν ὁ περιέχων πανταχ[οῦ] ὠκέανος ἑσπέριος ἐπιτελεῖ, κατὰ τὸν καλούμενον Ἡράκλειον πορθμὸν τὴν εἰσροὴν ποιούμενος, Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος ἐν ἕνδεκα τοῖς τῆς γεωγραφίας βιβλίοις τὸν περίπλουν, ὡς ἂν ἦν μάλιστα δυνατὸν, συνέγραψεν. *Die erste Ergänzung ist sachlich richtig; für die einzelnen Verse kann man nicht stehen; will man aber möglichst Marcian selbst reden lassen, so kann man aus der Einleitung zur Epitome* S. 115. *Z.* 12 *ergänzen:* τῆς ἐντὸς Ἡρακλείου πορθμοῦ. *Mit den folgenden Worten fängt nun der Codex selbst an; jedoch sind die ersten*

beiden Zeilen so undeutlich, dass die Kopie, welche den Ausgaben zum Grunde liegt, erst mit τὴν εἰσροὴν anfing. Das Vorhergehende ist mit chemischer Hilfe jezt etwas lesbarer; an den Enden der Wörter χειμένης *und* θαλάσσης *sind keine Lücken; es steht nur da:* χειμ θαλ, *da sowohl die Endung* μενος *als das Wort* θάλασσα *auf ganz gewöhnliche Weise abgekürzt sind, wie es in dem Codex sehr häufig vorkommt; die Casusendung wird darüber gesetzt, ist aber nicht mehr zu erkennen; doch wird der Genitiv wohl richtig seyn. Von dem folgenden* πανταχου *oder wenigstens dem* οὖ *habe ich keine Spur finden können; vielmehr lese ich* ὁ περιέχων τὴν γῆν ὠκέανος; *es ist alles von derselben Hand, und in dem* ὴν γῆν *kann man nur das* γ *unlesbar und zweifelhaft finden, alles Uebrige ist unabänderlich; ja es fehlt nicht einmal der Circumflex von* γῆν. *Ferner ist* ἑσπέριος *nicht zu erkennen, vielmehr ist deutlich, dass der Codex dies in zwei Worte trennte, mit besonderem Spiritus und Accent auf dem zweiten* ἕ, *vor dem nicht* ἑσπ, *sondern* ἐπ *vorhergeht; das Ganze sieht fast aus wie* ἐπ' ἔαρος, *nur dass das* αρ, *besonders das* α, *nicht zu erkennen ist. Endlich ist auch* ἐπιτελεῖ *nicht wahrscheinlich; auch ich glaube es heisst* ἐπιπολεῖ, *was auch dem Gedanken nach eben so passend zu seyn scheint, als* ἑσπέριος *unpassend.* Ex quibus disputatis non modo confirmatur id, quod jam cum nondum quidquam de codice scirem parisiensi, suspicatus eram, initium operis Marciani ab oceano fieri, eamque conjecturam minime fuisse ineptam, sed intelligere etiam licet, quanta istius, de quo supra dixi, temeritas sit sic dicentis: *Ich benutze diese Gelegenheit* (omnia enim, quae antea loquutus est, ex illo ipso Haasii scripto hausit,) *den Anfang des Periplus, der auch bei Miller ganz falsch interpungirt ist, hier richtiger hergestellt mitzutheilen. Man schreibe:* Τῆς ἐντὸς Ἡρακλείου πορθμοῦ χειμένης θαλάσσης, ἣν ὁ περιέχων τὴν γῆν ὠκεανὸς ἐπ' ἔαρος ἐπιπολεῖ, κατὰ τὸν καλούμενον Ἡράκλειον πορθμὸν τὴν εἰσροὴν ποιούμενος κέ. Ceterum quale fuerit initium operis, facile ex his verbis concludi possit,

quae sunt p. 16 ed. Huds.: *Τὴν μὲν οὖν Εὐρώπην, ἀπὸ τῆς Λιβύης διορίζει τὸ κατὰ Γάδειρα στόμα τοῦ ὠκεανοῦ, ὅπερ Ἡράκλειον καλοῦσι πορθμόν. δι' οὗ τὴν εἰσροὴν τὸν ὠκέανον εἰς τὴν ἡμετέραν ποιεῖσθαι θάλασσαν προείπομεν.*

Praeterea hoc debebat dicere Millerus, indicem libri qui ipso teste (cf. praef. p. XIV) sub finem codicis folio septimo vicesimo scriptus est, toti periplo a se praemissum esse. Is autem sic se habet: *Μαρκιανοῦ τοῦ πόντου περίπλους τῆς ἔξω θαλάσσης ἑῴου τε καὶ ἑσπερίου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μεγίστων νήσων τῶν εἰς δύο τεύχη.* Nec magis id significatum ab Haasio est, qui loco laudato haec scripsit: *In dem erwähnten Titel hat Hr. M. noch ein anderes Versehen gemacht; nämlich der Schluss dieses etwas langen Titels lautet bei Hudson: τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον, eine Bezeichnungsweise, die oft genug vorkommt; so z. B. wird die Harmonika des Ptolemäus in Handschriften so beschrieben: τῶν εἰς τρία τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον. Nun hat aber hier der Codex nicht: τὸ πρῶτον, sondern so: τῶν εἰς β' τά; diess hat Herr M. mit der Hudson'schen Lesart verbunden und mittelst Conjectur geschrieben: τῶν εἰς δύο τεύχη τὸ πρῶτον; schwerlich ist je ein Grammatiker abgeschmackt genug gewesen, das Wort τεῦχος so zum Titel zu missbrauchen; doch mögen sich sonstige Belege für die Bedeutung Schrift, Buch, zumal bei Späteren, genug finden; hier ist aber offenbar das τά für nichts weiter zu nehmen, als für τὸ ά, d. h. τὸ πρῶτον.* — Uberius autem de hoc codice disputavi eo libro, qui Menippus inscriptus est.

Milleri editio, quae cum jam nostra coepta esset typis mandari, in manus nostras pervenit (quam ob causam quae in ea est varietas lectionis eam posthac literis mandabimus), eo ceteris praestat, quod et quae fragmenta geographorum in isto codice sunt parisiensi habet et varietatem lectionis, quae quidem est ejus in scriptis Marcianeis. Sed in perscribenda hac varietate lectionis summa cum indiligentia versatus est; nam multas emendationes, quae quidem aut Dodvvelli sunt aut Hudsoni aut Hoeschelii, codici tribuisse videtur,

quamquam non sunt codicis, iis receptis nec earum additis auctoribus. Nec hoc non mirabile est, idque vehementissime vituperandum, quod Millerus, quae scripturae minus bonae sunt aut aperte falsae, Hudsono tribuit, cum contra saepe Hudsoni eae emendationes sint, quae sunt a Millero receptae. Hoc factum est, ut qui non habet Hudsoni editionem eum oporteat credere, quidquid est corruptum aut minus probabile, id esse Hudsoni, cum tamen vir Anglus multis emendationibus optime sit de geographis minoribus meritus.

Denique pauca restant dicenda de isto fragmento, qui περίπλους sive σταδιασμὸς τῆς μεγάλης θαλάσσης ininscribi solet. Id Iriarte Hispanus primus in bibliotheca regia Madridensi invenit inventumque in catalogo quem istius confecit bibliothecae describendum curavit. De codice autem, quo ea continetur, haec dixit, p. 480: „Membranaceus in quarto, foliis constans 88. subfusca et aliquantum rudi membrana, literis quidem aequalibus et ad quadratam formam accedentibus, sed minutis ac prae senio pallidis caducisque, adeoque interdum Lectori prope invisis; saeculo XIV. ut videtur ineunte descriptus; liber olim penes Constantium Lascarim, nuper vero ex comite Mirandae inter alios comparatus. Eo complexa reperias S. Nicephori Patriarchae C. Politiani brevem chronographiam; deinde incerti Auctoris Divisionem Terrae tribus Noe filiis factam, gentiumque ex iis genealogiam, tum, eodem fortasse auctore, praecipuorum Orbis Terrarum Montium ac Fluviorum Nomina, et Magni Maris Stadiasmum sive Periplum ad Herculis Columnas Gadesque; tum denique Insularum distantias, numerum, habitus, aliaque ad eas pertinentia. Quae singula exprimere conabimur:

Fol. 1. † *Χρονογραφία σύντομος ἀφ᾽ οὗ ἡ οἰκουμένη ἐκτίσθη καὶ πρῶτος ἄνθρωπος* est.

Fol. 18. averso. † *Ῥωμαίων Βασιλεῖς.*

Fol. 28. averso. † *Βασιλεῖς ῥωμαίων ἤτοι Κωνσταντινουπόλεως τῶν Βυζαντίων.*

Fol. 32. † Ὅσαι γεγόνασιν αὐγοῦσται ῥωμαίων.

Fol. 33. averso † Ὅσοι ἐπισκόπησαν ἐν Βυζαντίῳ ἀπὸ χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων.

Fol. 37. † Ὅσοι βασιλεῖς τῶν δέκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσαν ἐν σαμαρείᾳ ἀπὸ τῶν χρόνων ῥοβοὰμ τοῦ σολομῶντος βασιλέως Ἰούδα ἕως τῆς μετοικίας τῶν δέκα φυλῶν εἰς ἀσσυρίους ἐπὶ ἐζεκίου βασιλέως Ἰούδα.

Fol. 39. averso † Ὅσοι ἀρχιερεῖς ἐγένοντο ἐν τῷ Ἰσραήλ.

Fol. 41. averso † Ὅσοι γεγόνασι πατριάρχαι ἐν ἰλῆμ ἀπὸ χῦ καὶ τῶν ἀποστόλων.

Fol. 42. averso † Ὅσοι μετὰ τὸ χριστιανίσαι τοὺς Βασιλεῖς πατριάρχαι ἐν ἱερουσαλήμ.

Fol. 43. Οἱ ἐν † ῥώμῃ ἐπισκοπήσαντες ἀπὸ χῦ καὶ τῶν ἀποστόλων.

Eodem averso. † Ὅσοι μετὰ τὸ χριστιανίσαι τοὺς Βασιλεῖς ἐπεσκόπησαν ἐν ῥώμῃ.

Fol. 44. averso. † Ὅσοι ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἐπισκόπησαν ἀπὸ χῦ καὶ τῶν αποστόλων.

Fol. 45. †. Ὅσοι μετὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἐπεσκόπησαν ἐν ἀλεξανδρείᾳ.

Fol. 46. † Ὅσοι ἐν ἀντιοχείᾳ ἐπεσκόπησαν ἐν ἀντιοχείᾳ.

Fol. 47. averso. † Ὅσαι εἰσὶ θεῖαι γραφαὶ ἐκκλησιαζόμεναι καὶ κεκανοσμέναι· καὶ ἡ τούτων στιχομετρία οὕτως.

Fol. 48. †. Ὅσαι τῆς νέας διαθήκης εἰσὶ βίβλοι.

Eodem averso. Ὅσαι τῆς παλαιᾶς ἀντιλέγονται βίβλοι.

Fol. 49. † Ὅσαι ἀπόκρυφοι τῆς νέας βίβλοι † Περσῶν βασιλεῖς.

Eodem averso. † Μακεδόνων Βασιλεῖς. †. Ῥωμαίων βασιλεῖς.

Fol. 50. averso. † Συνάγονται τὰ ἔτη τοῦ κόσμου οὕτως ὡς ὑποτέ τακται.

Fol. 51. † Συναγωγὴ χρόνων καὶ ἐτῶν ἀπὸ κτίσεως Κόσμου ἕως τῆς ἐνεστώσης ἡμέρας.

Fol. 55. † Γενεαλογία τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ Νῶε.

Fol. 57. averso. † Γενεαλογία τοῦ Σὴμ τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ Νῶε εἰσὶ φυλαὶ Κε̄.

Fol. 62. † Ὄρη δὲ ὀνόματά εἰσιν ἐν τῇ γῇ δώδεκα. Subit deinde alter hic titulus: Ποταμοὶ οὖν εἰσιν ὀνομαστοὶ τεσσαράκοντα ἐν τῇ γῇ οὗτοι. „Quo addit haec p. 485. „Duos hujusmodi catalogos praecipuorum Orbis, Montium et Fluminum excipit incerti Auctoris Prologus in proxime sequentem Stadiasmum sive Periplum. Id autem Operis neque inter Geographica ab Hoeschelio, Allatio, Hudsonio publicata, vel ab Holstenio promissa, neque alia, quae in Bibliothecis adhuc inedita extare memorantur, mihi quamvis diligenter investiganti, sese obviam tulit. Quapropter non modo de Literarum, sed etiam de universo terrarum Orbe videar optime meriturus, si nova utrumque Scriptione locupletavero.— Orationem hujus peripli excipiunt haec Iriartis: In haec verba desinit contentus hoc codice Periplus, parte sui posteriore (quod maxime dolendum) mutilus, ut aperte colligitur ex indice ac praenuntia reliquorum consequentium dictione ἀκρωτήριον, quam Constantinus Lascaris imae paginae adscripsit, ab altero nimirum Exemplari pleniore desumptam. Is enim hoc nostrum penes se habuit, ac tanquam suum, ut praediximus, manu sua supplevit.

In hujusmodi Stadiasmo sive Periplo exscribendo quidquid a nobis praestitum sit, accipe.

Primum quidem Graeca verba, quanta fieri potuit, maxima fide repraesentavimus, sublatis tantum mendis minime dubiis. intactis vero Locorum vocabulis, erroris propter multiplicem varietatem suspectis. Multa enim nunc uno, nunc alio genere, modo singulari, modo plurali numero; jam hac, jam illa, jam nulla declinatione efferuntur; soloeci denique speciem interdum exhibent: ita quidem ut longe potius visum sit propriam ipsius Contextus lectionem retinere, quam diversae periculum facere.

Ad Prosodiam et scribendi Rationem quod attinet; Accentus, ubi desiderabantur, suffecti; deficientem pluribus locis Interpunctionem adjiciendam curavimus, observatum in Codice morem minus sequuti, quo signum perfe-

cti Coli sive Punctum finale summae dictioni, imperfecti vero, vel medii signum imae adscribi solet."

Vix quisquam credat quidquam reperiri posse, quod aeque plenum flagitiorum omnis sit generis atque hoc fragmentum. Quae ipsa causa fuit, ut quanti id habendum esset, viri eruditi parum attenderent. Ac fatemur nos ipsos, cum coepissemus hoc fragmentum tractare, multitudine infinita vitiorum, quibus foedatum ad nos pervenit, non tantum in eo auctoritatis posuisse, quantum par fuisse post intelligebamus. Neque etiam satis nobis in tractatione fragmenti constitimus, cum ab initio quidquid corrigendum nobis videretur corrigeremus, postmodo autem orationem continentem fere intactam relinqueremus, emendaremus notis subscriptis. Non nihil autem a nobis edendo isto fragmento (id autem a nobis in Germania primum factum est) praestitum esse nonnullaque esse quae ab aliis nondum essent cognita, allata, is agnoscet, qui et harum rerum satis peritus est, nec quod alius praeter sese fecit de eo secus atque invidiose existimat. Nec tamen id sic dictum existimari velim, ac si nunquam essemus falsi, nam ipsi iis quae scripseramus jam descriptis typis cum forte denuo in res tractatas incidissemus, errasse nos intelleximus. Ita negavimus scopulos Melanthios praeter hujus peripli auctorem et Scylacem quemquam commemoravisse, cum Strabo etiam earum fecerit mentionem, sed ut hoc addamus ita ut eorum situm commutaret cum situ Corassiarum. Ita conjecimus, nomine *Ἄγνη*, quod est in apographo, significari insulam Symen curque ita esset ista appellata conati sumus demonstrare, sed nunc videmur nobis ita statuere posse, pro *Ἄγνη* scribendum esse *Ἄχνην* intelligendamque esse insulam Cason, quae Plinio teste etiam appellata est Achne. Ita diximus *ἱερὸν τοῦ Βυζαντίου* in promontorio fuisse, quondam *Κέρατι*, nunc cornu Seraglionis dicto, sed videtur aliud esse intelligendum, atque illud quidem, quod templo Calcedonum e regione esset, undeque initium haberet os Bospori (Cf. Griechenland und die Griechen. p. 1545. sqq.). Ceterum qua aetate

auctor peripli nobis vixisse videretur, multis locis significavimus. Tantum hoc loco significamus, periplum non post Strabonem esse scriptum, cum contra fortasse probari possit, ex eo ipso aliqua Strabonem depromsisse. Nec hoc tacendum est, editione Gailii Galli, qui ipse quoque hoc fragmentum edidit, uti nos non potuisse.

Factum est, ut et in accentibus graecis et in sermone latino nonnunquam indiligentia nostra erratum sit. Sed operae pretium non ducimus, quae deprehendimus falsa esse, singula afferre; nam quis tandem nisi qui, si quis in tenui aliqua re indiligentia falsus est, eum omnium rerum et linguarum antiquarum imperitum esse ac rudem, libenter sibi persuadet, meliora nos scire neget? Nam ea ipsa vitia, quae imprudentibus nobis exciderunt omnibus ceteris locis cum satis attenderemus non admisimus.

Jam sequitur varietas lectionis, quae est in codice parisino, quam in primis quinque plagulis hujus editionis non potuimus annotare, Milleri editione serius ad nos allata.

Varietas lectionis,

quae est primarum quinque plagularum in codice parisino.

Pag. 28, 1.: *γαιογράφος* cod. Paris. — Miller rec. e Hudsoni edit. Hoeschelii em., qui *ἐν ἕνδεκα τοῖς τῆς* edidit *ἐν ἑνδεκάτοις τῆς*, ut videtur e suis codd., consent. cod. Paris. — 2, *ὡς ἐνῆν* cod. Paris., Hoeschel. in notis p. 194. em. *ἂν ἦν*, quod recte rec. Miller. — 5, Miller *μετ' ἀκριβοῦς ἐφευρεθέντα κ. τ. λ.* — Pag. 29, 2.: *γαιογραφίας* cod. Paris. — 4, emendandum est *ὡς τὴν εἴδησιν*, quod fecit Miller. *τῷ ἴδησιν* cod. Paris. — Miller scr. *ἐς ὅσον.* — — 5, *γαιωγραφίας τοῦ θειοτάτου — Πτολομαίου* cod. Paris. — Pag. 30. 1.: *γαιωγραφίας βιβλίοις — ἔτι μὴν* cod. Paris., quod recipiendum censeo. — 3, *βίβλοις* Miller. — em. *ἑῷον.* — 4 em. *ἀρκτῷον.* — 6, *Παλλιγεμούνδον* cod. Par. — 7, Miller adnotavit haec: „*Βρεττανικαῖς* cod. et Huds.“, sed neque Hoesch. neque Huds. sic ediderunt. — Pag. 31, 1.: *πελάγου* cod. Par. — *συνέστηκε* Miller. — 2, em. *ἀρκτῴῳ* — 4, Hoesch. ed. *τὰς μὲν*, quod et cod. Par. praebet. — 5, *πλειόνους* cod. Par. — 7, *ἐνεργὲς* cod. Par. — *ἐλπίσας* rec. Miller — 9. 10, *ῥήθεν δεῖ* cod. Par. Ceterum h. l. sic scribendum: *τὴν αἰτίαν . . . . ῥήθην δεῖν παραστῆσαι τοῖς ἐντευξομένοις· τῆς [γὰρ] τοιαύτης ὑποθέσεως τὸ ἀκριβὲς οὐκ ἐν ταῖς θέσεσι τῶν τόπων μόνον . . . . ἐχούσης, ἀλλὰ πρό γε πάντων ἐν . . . , διαμετρήσεσιν, ἀκόλουθον οἶμαι κ. τ. λ.* — 12, Miller in notis „forte leg. *καὶ λιμένων.*“ — Pag. 32, 3.: Miller posuit post *φανησομένην* colon. — 4, *οὐδ' ἑνὸς* cod. Par. — 6, *Φημὶ δὴ οὐκ* Miller. — 7, em. *ῥάδιον.* — 8, Miller rec. *μὲν ἠϊὼν τις.* Cod. Par. *νηῶν.* — 10 Miller *ἐπίπαν ῥαδίαν.* — 11, *χεῤῥονήσουν* cod. Par. — 13, *καθ' ὡμολογημένων* cod. Par. — 14, Miller *κἀπὶ — θαλάσσης.* — 15, *ὑποκείσθω* rec. Miller. — 16, loco *τοῦτον* praebet *τούτων* cod. Par. — Pag. 33, 1.: *παρ' αὐτὴν τὴν ἠόνα* cod. Par.; Miller rec. *παρ' αὐτὴν τὴν ἠϊόνα*; Miller male attribuit Hudsono *παρ' αὐτὴν ἠϊόνα*; haec lectio iam Hoeschelii editio habet. — 2, Miller *μὲν.* — 3, em. *ἐνδοτέρω* quod rec. Miller; Hoesch. Huds. *ἐνδοτέρῳ.* — 5, Miller *τοσαυτάκις — πειφερεῖαν* Hudsono ut solet male attribuit. — 9, *μετ' ἐκείνην* Miller; *ἑτέρα* cod. Par. — 12, *ἂν εἴ τις* em., quod rec. Miller. — 13 em. *ἔν τινι.* — 16, scr. *τις μὴ περιπλεῖν ἐθέλοι τὸν*

κόλπον. quod Miller rec. — Pag. 34, 9.: συνᾴδοντα. — 11, Miller rec. ἐπινείων, [ἡ μὲν ἔξω θάλασσα κατὰ] τὴν, obnitente cod. Par. — Miller rec. Dodwelli coni. πρὸς τὰς ἀνατολὰς, μέχρι, sed nihil de fonte lectionis recepta dixit, et potius male adiecit, εἴσω τῆς ὡς πρὸς τὰς γῆς, ἀνὰ μέχρι Huds.“ — 15, Κιλίκῳ cod. Paris. — 17, Miller τοῦτ' ἔστι. — Pag. 35, 1.: τῆς ἔσσω cod. Paris. — 2, ἐκτείνεται δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς, Hoeschelii emendationem in notis propositam rec. Miller, sed fontem lectionis indicare neglexit. — 3, μεσιμβρίᾳ cod. Par. — 6, τοῦ τε Miller. — 8, „γαιωγράφου cod. Par. et Huds.“ Miller, qui rec. γεωγράφου. — 10, em. ἑώου. — 13, Miller σταδίους κε καὶ ͵θσ'. — οὕτω δὲ καὶ ὁ Διονύσιος ὁ τοῦ. Hoesch. Huds. καὶ Διονύσιος Miller. — Pag. 36. Πτολομαῖος cod. Paris. — Pag. 32, 7.: σταδίων μὲν ιή cod. Paris. σταδίων ιη Miller. — 3, συνέστηκε π' Miller. συνέστηκεν β' cod. Paris. — 4. ρπ' cod. Par. ρβ' Miller. — 9, θάλασσον Miller male adscribit Huds. — Pag. 38, 1. em. ἀρκτῴον. — 2, Μεώτην cod. Par. — 4, Ἡρακλείου πορθμός cod. Par. — 7, προρηθὲν cod. Par. — 8, ἡ τοίνυν καθ' ἡμᾶς θαλ. rec. Miller — 15, σταδίων „γ καὶ ͵θ. Miller — 16, Τίγγις Miller. — 17, σταδίων „δ καὶ σπ' Miller. — Pag. 39, 2: Miller rec. Hoeschel. em. ποτ. τοῦ Ταν. — 2: 3, σταδίων „ς καὶ ρκ'. — 4, ἥ τε Miller. — 5, στάδια ιγθυ'. — 12, ἀναμετρῆται cod. Par. — σταδίων „ζηφμέ Miller. — Pag. 40, 2: ἐστὶ τῶν Λυσιτανῶν ἔθνος Miller. — 3, τοῦτο recte rec. Miller. — Ἡρακλείους cod. Par. — 4, δυτικώτερον rec Miller. Idem scr. paullo post στάδια γ. — 5, ἀναμ. „δγζ. — 6, τοῦτο δέ ἐστιν Miller. — μεσιμβρίας cod. Par. — 8, Γαγγητικὸς cod. Par. — 11, Ἐγέου cod. Par. — 13, Χερσονήσων cod. Par. — 15. [ad v. Παλαισιμούνδου typographo transposita et mutata est nota haec: „νῆσος ἡ πάλαι σιμούνδου Hoesch. Lege ut ante Παλαισιμούνδου. Huds.] Πάλαι Σημουνδοῦ cod. Par- Nota 1) pertinet partim ad l. 11, partim ad p. 41. l. 1. — Pag. 41, 1: Χρύση χερσόνησος cod. Par. [ad notam 2 v. p. 40, 1)]. — 3, Πελοπόννησος — ἕκτη δὲ Σικ. cod. Par. — 4, ὀγδόη δὲ Κύρνη cod. Par. [Ordinem insularum ex earum magnitudine primus Timaeus constituisse videtur. Haec enim refert Strabo XIV. p. 654: Τινὲς δὲ μετὰ τὴν ἐκ Τροίας ἔφοδον τὰς Γυμνησίας νήσους ὑπ' αὐτῶν κτισθῆναι λέγουσιν· ὧν τὴν μείζω φησὶ Τίμαιος μεγίστην εἶναι μετὰ τὰς ἑπτὰ, Σαρδὼ, Σικελίαν, Κύπρον, Κρήτην, Εὔβοιαν, Κύρνον, Λέσβον, οὐκ ἀληθῆ λέγων· πολὺ γὰρ ἄλλαι μείζους. Conf. tamen Scylac. p. 56. ed. Huds. quem locum ad cod. Paris. locupletiorem sic constituimus: Μεγίστη Σαρδώ· δευτέρα Σικελία· τρίτη Κρήτη· τετάρτη Κύπρος· πέμπτη Εὔβοια· ἕκτη Κύρνος· ἑβδόμη Λέσβος· ὀγδόη Ῥόδος· ἐνάτη Χῖος· δεκάτη Σάμος· ἑνδεκάτη Κόρκυρα· δωδεκάτη Κάσος· τρισκαιδεκάτη Κεφαληνία· τεσσαρεσκαιδεκάτη Νάξος· πεντεκαιδεκάτη

*

Κῶς· ἑξκαιδεκάτη Ζάκυνθος· ἑπτακαιδεκάτη Λῆμνος· ὀκτωκαιδεκάτη Αἴγινα· ἐννεακαιδεκάτη Ἴμβρος· εἰκοστὴ Θάσος. Deinde Agathemer. lib. II. 8.]. — 7, *Ἀτλαντίου* cod. Par. — Pag. 42, 1: *τὸ* em. — 2, *τῇ τε* em. — 4, *τὸ* em. — 7, *Μύλαν* cod. Par. em. *πεζῇ*. — *μεσιμβρίαν τῆς πορίας* cod. Paris. — 11. *τοῦ Σινῶν* cod. Paris. — 15, *Μεμουνιάδος* cod. Paris. — Pag. 43, 3: *συμαινοῦμεν* cod. Paris. — 5, *ἃ τῆς ἀναμ.* cod. Paris. Miller rec. *ἃ διὰ τῆς ἀναμ.* — 6, *ὅπερ* cod. Paris. — 9, *προειρημένοις* Hoesch. Huds. Hudsoni em. rec. Miller. — *σπουδὴν* cod. Paris. — Pag. 44, 3: *μέχρι τινὶ* cod. Paris. — 5, *Τρωγλοδικὴ* cod. Paris. — *ἐπιπλεῖστον* Miller. — Pone post *ἐκτεινομένη* colon. — 11, *οἵ τε* em. — *τρωγλωδύται* Hoesch. Huds. — Miller *Αὐαλῖται* rec. *Αὐλῖται* cod. Paris. *Αὐλίται* Hoesch. Huds. — 12, *Μοσσουλοί* cod. Par. consent. Hoesch. Huds. *Μόσυλοι* Miller. — Pag. 45, 2: *ςενομένην* Hoesch. Huds. — 3, *δίηκον* Hoesch. — 5, *κειμένῳ* cod. Par. — 7, *ἀνταχεομένην* cod. Paris. Hoesch. — 8, recte in edit. Hoesch. *κατὰ τὴν μεσημβρίαν*; Huds. errore typogr. *κατὰ τὴν μεσημβρίας*. — *ὑπάρχουσαν* Hoesch. Huds. cod. Paris. — 9, *διατείνη* cod. Paris. — *παρ᾽ ὅλην* Miller. — 11, *ὑπάρχουσαν* cod. Paris. Hoesch. Huds. *ὑπάρχουσα* — *λαχοῦσα* Hoesch. Miller. — Pag. 47, 5: em. *δ*. — 6, *ἡ Μενουνθίας* cod. Paris. — 8 l. *τοῦ τε*. — *μεσιμβρίαν* cod. Paris. — Pag. 51, 4: *ἡ τῆς ἠπ.* cod. Par. — 6, em. *κἀνταῦθα* — *πρῶτον τῶν* cod. Paris. — 9, *ἡ καλουμένη Εὐδαίμων* Miller. — 10, *προρηθέντος* cod. Paris. — 13, *προρηθὲν* cod. Paris. — Pag. 52, 1: *παροικοῦντι* cod. Paris. — 3, *ὑπάρχων* cod. Paris. — *γῆς* [*καὶ*] *μέχρι* Miller. *μέχρι γῆς ἀρχῆς* cod. Paris. — *ἐξ ἧς* cod. Paris. — 7, *Σίαγρος* cod. Paris. — Pag. 53, 1: *Ἀσχαλίτης* cod. Paris. *Σαχαλίτης* retinuit Miller. — *μέγιστος ὢν καὶ διῆκον* cod. Paris. — 4, em. *ἔχοντι*. — 5, *κόλσου σιανη* cod. Paris. *κόλπῳ καὶ ἡ Σουσιανὴ* Miller. — 10, *μέγα* cod. Paris. — Pag. 54, 7: *ἡ ἐκ τῆς Γάγγου* cod. Paris. — 9, *Χερσόνησος* cod. Paris., *Χεῤῥόνησος* Miller. — 11, *τῶν Σινῶν εἰσιν. εἶθ᾽ ἑξῆς τὸ τῶν Σινῶν ἐστιν ἔθνος* Miller recte, ut videtur, e cod. Paris. recepit. — Pag. 55, 8: *καὶ* omis. cod. Paris. — 10, *μεσιμβρίας* cod. Paris. — 13, *Χερόνησος* cod. Paris. — Pag. 56, 1: *ἔω* em. — 4, *Χερσονησοειδὴς* Hoesch. Huds. *Χερσονησοειδὲς* cod. Paris. — 5, *τυγχάνουσα* cod. Paris. — 11, *παλαιςήνη* Hoesch. Huds. cod. Par. — 13, Miller *στάδια „αφψ΄*. — Pag. 57, 1: *ἔθνη τῆς σατραπίας* cod. Paris. cons. Hoesch. Huds. — em. *νδ΄*. — 5, *Ἀσαβῶν* hic et paullo post *Μαισανίτου* cod. Paris. — 7, Miller *στάδιοι ͵ερμ΄*. — *σύνπαντες* cod. Paris. — 9, *πέρατι* cod. Paris. — 11, Miller rec. *„γηρν΄*. — Pag. 62 lin. 9 l. s u u m pro s i n u m. — Pag. 63, 1: dele post *Σουσιανὴ* atque l. 2 in post *δὲ* comma. — 7, *Ὀρωῦσιος* cod. Paris. Miller rec. *Ὀροάτιδος*. — 9, *Πασινοῦ* cod. Paris. Miller rec. *Σπασίνου*. — 10, *Ἀπφά-*

δανα cod. Paris. Miller. rec. Ἄπφανα. — 11, Miller ταύτην δέ τινες. — Pag. 64, 1: Πασινοῦ cod. Paris. — 2, ἐπὶ Πηλώδη κόλπον Miller; Στηλώαν cod. Paris. — 3, 4: περὶ αὐτῆς τόπους cod. Paris. Miller περὶ αὐτόν. — 5, Ταξίαν cod. Paris. Miller rec. Ταξίανα. — Pag. 65, 1: Miller στάδια ... στ΄. — 4, ἀμμώδους — Ὁρατίου cod. Paris. Miller Ὀροάτιδος. — Miller στάδια βτν΄. — σατραπίας cod. Paris. cons. Hoesch. Huds. Miller σατραπείας. — Pag. 66, 2: Miller ἀμμῶδες, Ἡρακλέους στήλας. στῆλαι cod. Paris. — 4, Ὀρατίου cod. Paris. Miller Ὀροάτιδος. — 4. 5, στάδια Hoesch. Huds. Miller στάδιοι. — 6, dele comma post v. Περσὶς, post v. κόλπῳ colon. — 7, Μηδείᾳ cod. Paris. Miller Μηδίᾳ. — 8, em. τῇ. — 9; μεσιμβρίας cod. Paris. — Ὁρατιον cod. Paris. Miller. Ὀροάτιδος. — 10, Βάγραδα hic et paullo post cod. Paris Miller Βαγράδα. — Pag. 67, 2: Miller Ὀροάτιδος. — 3, Ταοκὴν cod. Paris. Miller Ταόκην. — 4, Ῥογομανίας cod. Paris. Miller Ῥογομάνιος. — 5, Σαφὰθ cod. Paris. Miller Σῶφθα.— em. καλουμένη. — Ῥογομανίος cod. Paris., quod rec. Miller — 7. 8, Βρισοάνα Hoesch. Βρισόμνα Huds. errore typogr. — 8, Βρισοάνα Hoesch. Huds. Βρισοάνας cod. Paris. — Pag. 68, 1: Στανσίνδα cod. Paris. cons. Hoesch. Huds., Miller rec. Ἀύσινζα et Ἀύσίνζων. εἰς om. Cod. Paris. — 2, τὸ μῆκος· ἐνταῦθα exclusit Miller — 3, τοῦ ὅρους cod. Paris. — dele comma post v. Περσίδος; et l. 4 post στάδια δ΄ pone comma. Miller πλάτος αυ΄ cons. cod. Herv. — 5, σατραπίας cod. Paris., Miller σατραπείας; em. κώμας in κώμας. — Pag. 69, 1 rec. Miller me consent. Χεῤῥ. ἐπισ. α΄. Χερσόνησον cod. Paris. — 2, Ὀροατίου cod. Paris. Miller Ὀροάτιδος. — Pag. 71, 2: Miller Δάρα, sed neglexit lectionem Hoeschel. Δώρα adnotare. — Pag. 72, 3: Ἁρμούζης ἐπὶ Ἁρμόζων cod. Paris. — 4, Ἁρμόζων loco Ἁρμόζοντος cod. Paris., dele colon post v. ἀκρωτηρίου.

Visum nobis est quae Haasius in diario Halensi l. l., cum de Milleri editione scriptorum Marcianeorum loqueretur, exposuit.

P. edit. nost. 37. ed. Mill. p. 3. Καὶ τῆς Βρεταννικῆς ἀμφοτέραις νήσοις. Cum in codice Paris. scriptum sit Πρεταννικ. cumque haec scriptura etiam a Stephano ut non inusitata afferatur, Haasius putat illo quem attulimus loco scribendum esse Πρεταν. Eodem modo Haasio videtur sequendum esse Parisinum codicem in eo, ut scribatur et Πτολόμαιος et Χερσόνησος.

Eadem pagina paulo superius Millerus ut nos quoque Ἔτι μὲν scripsit, quod Haasio eo minus videtur faciendum fuisse, cum scripturam Ἔτι μὴν cum codex Paris. exhibeat et Hervuarti tum vero lex sermonis postulet. Atque ἔτι μὴν scriptum est ed. Mill. p. 57, nostrae edit. p. 95; ed. Mill. p. 112, nostr. p. 157; ed. Mill. p. 196, fragm. Scyl. Atque ἔτι μὴν scriptum est in cod. Paris. etiam p. 17 ed. Mill. quod editor Haasio teste annotare omisit.

P. 91 ed. nost., p. 50. ed. Mill. sic scriptum est: *τὰ δὲ ἀνατολικώτερα τούτων ἄγνωστός ἐστι γῆ, λίμνας ἔχουσα ὑλώδεις, ἐν αἷς κάλαμοι μεγάλοι φύονται, καὶ συνεχεῖς οὕτως, ὥστε ἐχομένων αὐτῶν ποιεῖσθαι τὰς διαπεραιώσεις.* Jam Hoeschelius conjecerat scribendum esse *ἐχομένους*, quam conjecturam codex confirmavit Parisinus quamque Haasius jure existimat oportuisse recipi.

P. 51 ed. nost. sic scripsimus: *Τῶν δὲ ἀριστερῶν τῆς Ἀσίας μερῶν καὶ τῆς ἠπείρου καὶ τῶν θαλάσσων θέσις τοῦτόν πως διάκειται τὸν τρόπον.* In codicibus autem omnibus habetur *ἡ καὶ τῆς ἠπείρου*, pro quo Millerus scripsit *ἢ τῶν* cet. Haasio plane assentimur in eo, quod *ἡ* fuisse retinendum existimat.

P. 55. ed. nost. et 26 ed. Mill. sic est: *Τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τῶν ἀριστερῶν μερῶν τῶν παρὰ τὴν Εὐδαίμονα Ἀραβίαν περίπλους.* In codice Paris. omissum est *καὶ* ante *τῶν ἀριστερῶν*. Ac conjicere licet id in ceteris quoque abesse libris additumque esse ab Hoeschelio. Sed utut est, Haasio nunc hoc assentimur, auctore codice Paris. *καὶ* esse delendum.

P. 55 ed. nost., p. 27 ed. Mill. *ἐξ ἑκατέρων δὲ αὐτῆς τοῦ ἰσθμοῦ τῶν μερῶν κόλποι δύο παραβέβληνται· καὶ τούτων ὁ μὲν ἐκ τῶν πρὸς τὴν ἑσπέραν μερῶν Ἀράβιος καλεῖται κόλπος ὁ προειρημένος, ὁ δὲ πρὸς τὴν ἕω νενευκώς, Περσικὸς κόλπος ὀνομάζεται· τά τε μεταξὺ πάντα ἀπὸ Ἀραβίου μύχου μέχρι τοῦ προειρημένου Περσικοῦ κόλπου, καθ' ὃ μέρος τὰς ἐκβολὰς ὁ Τίγρις ποιεῖται ποταμός, περιπλεῖται, χερσονησοειδῆ, ὡς προείρηται, τυγχάνοντα.* In codicibus tribus omnibus sic est: *χερσονοειδής* (nam quod est in Paris. *χερσονοειδές*, peccatum scriptoris est) — *τυγχάνουσα*, quam scripturam Haasius recte ita tuetur, ut Marciano dicat cogitatione obversatum esse *ἡ εὐδαίμων Ἀραβία*. Namque etiam *αὐτῆς* (quod paulo post sequitur referendum ad idem subjectum est.

P. 43. ed. Mill. additum est contra omnes codices *ἐστὶ* post *Ἰνδικῆς*, quod cum jam nos improbassemus, nunc idem ab Haasio factum est.

In cod. Paris. ter scriptum est *ἑώτου* pro *ἑῴου*, p. 58 ed. Mill., p. 96 ed. nost.; p. 11 ed. Mill., p. 35 ed. nost.; p. 11 ed. nost., ed. Mill. p. 25. Omnibus his locis cum ab editoribus *ἑῴου τε καὶ* cet. scriptum sit, id reprehendit Haasius cum putet *τε* omitti debere, quod certe in codice Paris. iota subscripto ortum sit. In quo non assentiendum putamus esse Haasio. Sed id hoc loco addendum censemus, p. 96. nost. ed. pro *κατ' ἑῴου τε καὶ κέ.* scribendum esse *ἀρκτῴου τε καὶ κέ.*

P. 31 edit. nost. sic scriptum est: *τοῦ δὴ χάριν καὶ τὴν αἰτίαν — ἐντεοζομένοις, τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως κέ.* Particula *γὰρ* et in codice Hervuarti est et in Paris., quam cum Millerus recte recepisset, in eo erravit, quod ante *ἀκόλουθον οἶμαι*, ubi recepto *γὰρ* comma

ponendum erat, reliquit majus signum interpunctionis. Eapropter reprehenditur ab Haasio, cui nos quoque prorsus assentimur, *γὰρ* recipiendum esse et verbis *ἀκόλουθον οἶμαι* initium fieri apodoseos.

P. 40 ed. nost. p. 14 ed. Mill. sic scriptum est: *τοῦ δὲ πλάτους, ἡ εὐθεῖα ἣ πλατυτάτη τυγχάνει οὖσα, ἀναμεμέτρηται ,δγζ*. Haasius praeclare emendat: *ἣ πλατυτάτη κἐ.*

Quae p. 113 not. 14 de Milleri conjectura diximus, ea plane ab Haasio confirmantur.

Quae dicitur esse lacuna, p. 73 ed. nost., p. 37 ed. Mill., ante *ἐκδέχεται*, Haasius supplet hoc modo: *Οἱ δὲ σύμπαντες τοῦ περίπλου παντὸς τοῦ Περσικοῦ κόλπου ἀπὸ τοῦ Ἀσαβῶν ὄρους καὶ τοῦ Ἀσαβῶν ἀκρωτηρίου μεχρὶ τοῦ Σεμιράμιδος Στρογγύλου ὄρους καὶ Καρπέλλης ἀκρωτηρίου [στάδιοι ,,ασοκ΄. περιπλέοντι δὲ τὸ Καρπέλλης ἀκρωτήριον] ἐκδέχεται τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος.*

Postremum ad ea, quae p. 35 sq. ed. nost. attulimus, duo locos addimus, unum, quod est scholion Basilii minoris ad Gregorium Nazianzenum, depromtum ex libro manu scripto bibliothecae Paris. no. 573 (fol. 216), alterum ex Heronis libro *περὶ διόπτρας* quorum illud Millerus, hunc Haasius affert. Scholion autem est: *Ἐπειράθησάν τινες καὶ ταῦτα δηλῶσαι, καὶ συγγραφαῖς παραδοῦναι, μῆκος λέγοντες εἶναι, τὸ ἀπὸ ἀνατολῶν πρὸς δύσιν· πλάτος δὲ, τὸ ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν ἐπὶ τὰ μεσημβρινὰ διῆκον· καὶ οἱ μὲν αὐτὴν πλατεῖαν καὶ ἐπίπεδον, οἱ δὲ σφαιροειδῆ, οἱ δὲ βαθεῖαν καὶ κοίλην, ἣ κυβοειδῆ καὶ τετράγωνον, ἣ πυραμοειδῆ· πλὴν τῶν λοιπῶν μεθόδων ἀνῃρημένων ἐπιστημονικοῖς σχημάτων, σφαιρικὴν ἔδειξαν αὐτήν. Ποσειδώνιος δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ἐκ τῶν σκιαθηρικῶν, τουτέστι τῶν τὰς σκιὰς θηρευόντων ὀργάνων καὶ ὡρολογίων, καὶ πλάτος αὐτῆς καὶ μῆκος παραδιδόασι. Ποσειδώνιος μὲν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν μεσημβρίαν Κανώβου ἀστέρος σημειοῦται, ὃς ἐν Ἑλλάδι μὲν οὐδὲ ὁρᾶται· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτικῶν εἰς μεσημβρίαν ἰοῦσιν, ἐν Ῥόδῳ φησὶν ὀφθεὶς μόνον ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος, εὐθέως τῇ στροφῇ καταδύεται τοῦ κόσμου· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐπειδὰν μεσουρανήσῃ, τέταρτον ζωδίου ἐπέχει, ὃ ἐστι τεσσαρακοστὸν ὄγδοον τοῦ διὰ Ῥόδου καὶ Ἀλεξανδρείας μεσημβρινοῦ· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὑπερκείμενον αὐτοῦ, μὴ μέρος αὐτοῦ ἐστιν· ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ ὑπερκείμενον μέρος τῆς γῆς τῷ τμήματι σταδίων ,ε ἐστὶ, καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις ὑποκείμενα ὁμοίως ε κε. ὁ ἄρα μέγιστος τῆς γῆς κύκλος εὑρίσκεται μυριάδων κδ΄. Ἐρατοσθένης δὲ τὸ ἀπὸ Συήνης εἰς Ἀλεξάνδρειαν διάστημα, πεντηκοστὸν εἶναι μέρος δείξας τοῦ μεγίστου κύκλου τῆς γῆς ὃ ἐστι ,ε σταδίων, τὸν σύμπαντα λογίζεται κύκλον μυριάδων κε΄ εἶναι· οὗ τινος ἡ διάμετρος, τουτέστι τὸ μῆκος τῆς γῆς, ὑπὲρ τὰς η΄ μοίρας, καὶ πλάτος ὡς ἔγγιστα. Πτολεμαῖος δὲ τὸ ἐγνωσμένον μῆκος τῆς γῆς, ἐπὶ μὲν τοῦ κατὰ τὸν ἰσημερινὸν τμήματος ἐνναkισμυρίων σταδίων εἶναί φησιν· ἐπὶ δὲ τοῦ κατὰ τὸν νοτιώτατον παράλληλον μυριάδων ηϛχξϛ΄· τὸ δὲ πλά-*

τος μοιρῶν μὲν οθ' γ' ιβ' ἢ ὅλων π' σταδίων τετρακισμυρίων ἔγγιστα, τῆς μοίρας ἐχούσης στάδια φ'· τῆς δὲ ὅλης περιμέτρου μυριάδας ιη', τὸ δὲ στάδιον πήχεις τ'· φησὶ δὲ Κλεομήδης μήτε ὕψος ὀρέων, μήτε βάθος θαλάσσης ὑπὲρ τὰ ιε' στάδια εἶναι, καὶ οὐδὲν ἐμποδὼν πρὸς τὸ σφαῖραν εἶναι τὴν γῆν, ὡς οὐδὲ αἱ ἐξοχαὶ αἱ περὶ τὰ σφαιρία εἶναι σφαίρας τῶν πλατάνων.

Alter locus: ὅσοι βαδίζεσθαι δύνανται. **Deinceps legitur:** Ἐπεὶ δὲ εὔχρηστον ὑπάρχει καὶ τὴν μεταξὺ δύο κλιμάτων ὁδὸν ἡλίκη ἐστὶν ἐπίστασθαι, ἐμπιπτόντων εἰς αὐτὴν νήσων τε καὶ πελάγων καὶ, εἰ τύχοι, ἀβάτων τινῶν τόπων, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ πρὸς τοῦτο μέθοδόν τινα ὑπάρχειν, ὅπως παντελῶς [?] εἴη ἡμῖν ἡ ἐκδεδομένη πραγματεία. Δεδόσθω δὲ, εἰ τύχοι, τὴν μεταξὺ Ἀλεξανδρείας καὶ Ῥώμης ὁδὸν ἐκμετρῆσαι τὴν ἐπ' εὐθείας, γῆν τε τὴν ἐπὶ κύκλου περιφερείας μεγίστου τοῦ ἐν τῇ γῇ προσομολογουμένου τούτου, ὅτι περίμετρος τῆς γῆς σταδίων ἐστι $\overline{\mu\varepsilon}$ καὶ ἔτι ͵β, ὡς ὁ μάλιστα τῶν ἄλλων ἀκριβέστερον πεπραγματευμένος Ἐρατοσθένης δείκνυσιν ἐν ἐπιγραφομένῳ περὶ τῆς ἀναμετρήσεως τῆς γῆς. **Haasius numerum emendat sic:** ͵͵͵κ ͵ε καὶ ἔτι ͵β. **Deinde praebet codex:** ἔχει δὲ ἡ μία μοῖρα τῶν ἐν τῇ γῇ στάδια $\overline{\sigma\varphi}$ [l. στάδια ψ'], εἴ γε ὅλη περίμετρός ἐστιν $\overline{\kappa\varepsilon}$, καὶ $\overline{\beta}$.

Postremum haec tacenda non sunt, primum errore dissertationem Henrici Dodvvelli, quam praemittendam esse putavimus, Joanni esse Hudsono tributam, tum p. 109, nota 12, pro ρυ' **esse emendandum** ρκ', **denique p. 179. fragm. III. pro** βάρων **esse legendum** βαρβάρων.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ ΗΡΑΚΛΕΩΤΟΥ
ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

MARCIANI HERACLEOTAE PERIPLUS.

IOANNIS HUDSONI
DISSERTATIO
De Scriptis et Aetate Marciani Heracleotae.

§. I. Itineraria collegit Marcianus, forte Occidentalis atque Orientalis Imperii.

Coaevam sibi Geographiam excoluit, pro virili sua, noster ille Marcianus. Non quidem novis, quas obierit, Navigationibus; sed e decessorum Scriptis, quae quidem videbantur accuratissima. Scripsit ergo Periodos et Periplos, tam scilicet Itineraria pedestria quam maritima, pro exemplo junioris, de quo supra egimus, Scylacis. *Πρώτην περιόδων* sub nomine Marciani advocat Stephanus 1). Jam sane vidimus, Periplos Scylacis atque Arriani ex multis invicem junctis constitisse Paraplis. Sic et majora Itineraria pedestria è breviorum Itinerariorum nexu conflata esse constat. Recte tamen illa ita annexa, quoties infra eosdem terminos versarentur, pro unico haberi poterant Itinerario. Quoties autem limitibus diversis circumscripta diversas plane, nec sibi invicem continuas, lineas describerent, diversasque respicerent caeli plagas; tum certe rectius Itineraria, quam Itinerarium, appellanda erant. Hoc enim discrepabant invicem Itineraria atque Peripli: quod orbis tum cogniti Parapli et Peripli omnes unicum totius Orbis conficiebant Periplum, quà maris in-

1) Steph. *Ἀσπίς, πόλις Λιβύης, ὡς Φίλων. ἔστι καὶ ἀκρωτήριον Αἰθιοπίας τῆς κατ' Αἴγυπτόν, ὡς Μαρκίανος πρώτῃ περιόδων.*

terioris oras omnes cum oris Oceani, seu maris exterioris, committebant. Non ita se res habebat in Itinerariis. Nunc enim parallela erant Itineraria, nunc etiam se invicem intersecabant, ut proinde nec ad unam lineam, nec ad unum corpus, referri omnia Itineraria potuerint. Recte ergo plurali numero Marciani Opus illud inscribebatur. Sed pl[illegible] πρώτην Περιόδων plane non [illegible]. Non itaque, ut opinor, intellexit πρώτην Περίοδον. Numerum enim magnum proculdubio confecissent Περίοδοι, si in unum omnes eundemque numerum venissent. Erat ergo πρώτη Περιόδων βίβλος, primus quidem Operis Liber, qui tamen multa complectebatur Itineraria. Sed cum numerus auctior nuspiam occurrat, subit suspicio, Opus universum duorum tantummodo fuisse Librorum: nempe pro exemplo Itinerarii quod vulgo appellatur Antonini: ut scilicet Liber prior Imperii Occidentalis itinera descripserit; posterior autem Imperii Orientalis. Coeperit prior, ut videtur, ab itineribus a Roma Imperii Occidentalis Metropoli per vias omnes publicas. Sic enim describuntur in praedicto Antonini Itinerario, et in Tabulis Peutingeranis. Huc itaque retulerim quod habet alibi e nostro itidem Marciano Stephanus: Ἄμισσα, πόλις Γερμανίας· Μαρκιανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς διασήμους πόλεις. A Roma certe ipsa ad Amissam, Embden hodiernam, in supremos Germaniae fines pertigit hoc Itinerarium. Eodem spectabat et lemma illud, quod in hodierno legimus Marciano [1]), περὶ τῶν ἀπὸ Ῥώμης πρὸς τὰς ἐπισήμους τῆς οἰκουμένης πόλεις διαστάσεων. Ubi docemur in illo Itinerario fuisse spatia; seu stadia illa fuerint, seu, pro harum partium recepto more, potius milliaria. Sed nihil spectabat illud lemma ad hodiernum, in quo legitur, Marciani Periplum, sed potius ad Periodos: et ad priorem illum, quem dixi, Periodorum Librum. Loquitur ita, fateor, quasi ab unica Urbe Roma illa ad celebres omnes per οἰκουμένην Urbes describerentur Itineraria: quasi vero nulla esset Urbs Roma alia, quae nova appellabatur, unde similiter essent

1) Marcian. Peripl. p. 34

describenda, nempe Constantinopolis. Hoc si verum, ita ante conditam Constantinopolim vixerit Marcianus. Idque fortasse verius est. De quo tamen quid sit sentiendum magis constabit ex infra dicendis. Sed mirari subit cur in plures Libros haec distributa fuerint Itineraria, nisi fuissent quae ex ambabus Romis exordium cepissent. Erant sane, etiam post fundatam Constantinopolim, rationes, cur ita loqueretur. Ut Romanum Imperium universum, *οἰκουμένη* appellabatur, ita postea, ne majestas Imperii imminuta videretur, etiam, cum duo essent Imperia, sub duabus Romis, singula pariter *Οἰκουμέναι* appellabantur. Inde Concilia Imperii Orientalis Oecumenica appellata videmus, etiam cum nulli adessent ex Occidente vel legati. Ita certe se res habuit in Concilio Constantinopolitano I°. Inde Patriarcha Constantinopolitanus ambivit, ut ipse Oecumenicus appellaretur, hoc tantum, ut videtur, consilio, ne nova Roma veteri, hac etiam ex parte, haberetur inferior. Sed nihil est cur dubitemus, quin ex Itinerariis, hac etiam distributione Imperii antiquioribus, sua multa desumserit Marcianus. Egerant enim de hoc Argumento (ut ex Plinii Indicibus apparet) jam olim amicus Augusti Agrippa Vipsanius, atque ipse etiam Augustus, et Domitius Corbulo, et Licinius Mucianus ter Consul amicus Vespasinni. His Roma certe erat unica duntaxat, ad quam Itineraria Imperii omnia essent exigenda. Itaque in horum Auctorum Excerptis ita Marcianum loqui consentaneum erat, ut locuti fuerant Auctores, quos excerpserat, cum nihil ille proprium addiderit, quod non ex aliis excerpserit. Posteriorem autem certe (si quis tamen fuerit) Itinerariorum Librum ex Auctoribus hausit Constantinopoli junioribus, qui similia ex Urbe illa in Provincias undequaque sitas collegerant Itineraria. Alia plane forma advocatur hic idem Marcianus a [1]) Stephano *ἐν πρώτῳ Περιόδου*. Quasi vero unius ejusdemque *Περιόδου* duo fuissent *Λόγοι*. Sed nulla erant Romano-

1) Steph. *Μόσυλον, ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας. Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περιόδου.*

rum in Aethiopia illis temporibus Itineraria. Et siqua fuissent, *Μόσυλον ἐμπορτήριον* et *ἐμπόριον* nemo est, quin facile videat *Περίπλου* potius fuisse, quam *Περιόδου*. Itaque vix est cur dubitemus, legendum potius *πρώτῳ Περίπλῳ*. Certe *Περίπλου πρώτῳ*, ut ibi legitur, advocat alibi in Aethiopia idem [1]) Stephanus ex eodem Marciano.

§. 2. Marcianus contraxit, supplevitque Geographiam Artemidori.

Sed in Periplis potissimum eluxit opera nostri Marciani. Artemidori Ephesii nomen erat in re Geographica celeberrimum. Hujus ergo Libros xi in [2]) Epitomen redegit noster, servato Librorum ordine atque distinctione, resectis quidem quae ad rem facerent Geographicam; suppleto tamen Periplo, quae ibi deerant, aliunde translatis. Sed ex antiquis etiam, parisque cum Artemidoro fidei, Auctoribus. Cavitque sedulo ne Lectorem lateret quid scripserat Artemidorus; quidve aliunde, ex aliorum Scriptorum fide, addiderat ipse Marcianus. Sed periit Opus illud jamdiu, tam ipsius Artemidori, quam ejusdem Epitome a Marciano elucubrata. Fragmentum, quod occurrit hujus Editionis p. 61, nihil complectitur illius Epitomes praeter titulum ipsum, et quae sequuntur lemmata. Sequens enim Praefatio ad Librum 2m spectabat Peripli maris Exterioris, ut legenti constabit. Frustra ergo quis spectabit hic testimonia veterum ex illa Artemidori Epitome a Stephano aliove quovis veterum adducta. Tempus autem Artemidori designavit noster omnium accuratissime Marcianus, de quo et nos nonnulla diximus in Agatharchide. [3])

§. 5. Et quidem initio Alexandri scripsit Agatharchides ann. Varr. 649, vel 650. paulo ante Artemidorum.

Superest denique et alia nota, qua hujus Operis tempus adhuc angustioribus limitibus constringimus. Nempe ut non admodum diu post initium Alexandri hoc Opus

1) Stephan. *Γυψηίς, νῆσος Αἰθιοπίας, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλων πρώτῃ*. 2) Marcian. p. 1, 2, 35, 65. 3) Diss. III. §. 5. [Hic paragraphus huc transscriptus est ex 4. Hudsoni dissertationis ideo citato de Agatharchide.]

Pupillo suo inscripserit Agatharchides. Scripsit enim de Aethiopia non solus Agatharchides, verum etiam Artemidorus, ut ostendit Diodorus.[1] Sed priori loco Agatharchidem idem recenset Diodorus. Non tamen e loci ordine hoc tantummodo colligitur. Hoc idem ipse docet Agatharchides.[2] Orbe in quatuor plagas Cardinales diviso, observavit de Occidente Lycum scripsisse et Timaeum; de Oriente Hecataeum et Basilim; de Septentrione Diophantum atque Demetrium; τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, φορτικὸν, φησὶ, (inquit Photius) τὸ ἀληθὲς, ΗΜΕΙΣ. Cur ita, nisi quod intactum ab aliis Argumentum ipse prior occupavisset? Vix autem potuit Agatharchidem fallere Artemidorus, qui similiter in Aegypto vixit scripsitque ac ipse Agatharchides: qui Regum Aegyptiorum auspiciis sumtibusque itinera obiebat tam maritima, quam pedestria. Hujus autem tempus docuit Marcianus Heracleota [3]: κατὰ τὴν ρξθ΄ Ὀλυμπιάδα γεγονώς. Cum Cnidio Artemidoro Geographum cognominem Ephesium confudit Wendelinus, quem sub Augusto vixisse credidit. Primus utplurimum Olympiadis annus ea forma designari solet, quae numerum anni Olympiadici non apponit. Sic anno Varr. 650, vel 651, periplum ediderit Artemidorus. Proinde anno 649, vel 650, hoc Opus ediderit Ptolemaei Alexandri Tutor Agatharchides, nempe Pupilli Alexandri anno vel I°, vel II°. Antea ne quidem potuit, cum sub Tutela nondum ipse fuisset Alexander, saltem pro Regno toto. Imo adhuc ann. Varr. 649. initio, in Regni administratione erat ipsa Cleopatra. Rediit enim illa [4] e Syria in Aegyptum quo tempore major illius filius Soter e Gaza (ubi hyemavit) recessit in Cyprum. Ergo ante ann. Varr. 649, in Tutelae officio ne quidem esse potuit Agatharchides, et quidem affectum. Itaque hoc Opus anno potius 650 fortassis exaravit, paulo ante Artemidorum.]

Hunc Periplum primum edidit Marcianus. Recidit autem ex Artemidoro Barbarorum civitates Aethiopi-

1) Diodor. III. 11. 2) Agatharchid. p. 48. 3) Marcian. p. 55. 4) Joseph. Ant. XIII, 21, p. 459.

cas. Quod quare fecerit, me fateor non videre. Nam in hac ipsa Aethiopia, prae aliis Graecis omnibus Agatharchidem atque Artemidorum a veracitate laudat expertus ipse [1]) Diodorus. Nisi forte indigenas illas Barbarorum civitates judicarit, quae in Peripli rationes venirent universalis.

§. 3. Similiter fecit in Menippo, qui Marciano ipso non multo senior fuisse videtur.

Postea Menippum simili exemplo edidit supplevitque Marcianus. Menippus ille Pergamenus tribus Libris Maris Mediterranei Periplum complexus est cum narratione Historica atque Geographica. Sed Periplum solum excolendum susceperat Marcianus. Viderat procul dubio aliquid in Menippo Marcianus, quod desideraverat in Artemidoro. Quid tamen illud fuerit, non satis aperte explicavit. Sed Menippus ille quando vixerit, nondum Eruditi habent exploratum. Suspicor autem proximum fuisse temporibus Marciani, qui Artemidorum non ex antiquis tantummodo locupletaverit, quod fecit ipse Marcianus, sed novis etiam juniorum inventis fecerit auctiorem. Certe nec admodum antiquum fuisse, nec sibi quoque tamen parem, innuit, ni fallor, ipse Marcianus. Recensuerat Catalogum Scriptorum, qui hoc eodem ante se Argumento fuissent occupati. Subjungit deinde [2]): *Μετὰ δὲ τούτων τοὺς πλείστους Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος, καὶ Στράβων γεωγραφίαν ὁμοῦ καὶ περίπλουν συντεθεικότες, Μένιππός τε ὁ Περγαμηνὸς διάπλους γράψας ἀκριβέστεροι δοκοῦσι πάντων τοῦ προειρημένων τυγχάνειν.* Ait ergo hosce tres plerisque supra recensitis aetate fuisse juniores. Et tamen viceversa innuit, è praedicto numero fuisse saltem aliquem, qui his ipsis fuerit aetate junior. Itaque Marciano superior fuit, qui fuit horum trium ordine postremus. Nec temere illos, aut, ut in mentem veniebant, recensuit, ut videtur, Marcianus; sed potius pro ordine, qua quisque vixit, aetatis. Hoc si verum; ut senior erat Strabone Artemidorus, ita Menippo senior fuerit ipse Strabo. Id

1) Diodor. L. III. 11. 2) Marcian. Peripl. p. 63.

quod sane verisimillimum est. Esset enim alioqui sane cur miraremur, quod tam accuratum Geographiae artificem Strabo nuspiam advocarit. Ita autem illius non meminit Strabo, ut ne quidem meminerint Strabone juniores, quorum aetatem habemus exploratam. Non certe uno alterove Saeculo Straboni propinqui. Non Mela, non Plinius, non Ptolemaeus, non eo ipso loco [1]) Laërtius, quo sibi cognitos Menippos omnes recensuit, sex in universum, in his tamen nullum, qualis noster erat, Geographum. Non Pausanias, non Athenaeus, non alius quispiam (quod quidem scimus) Marciano senior. Certe Artemidoro juniorem fuisse aliunde constat. Hispaniae nullas Provincias distribuerat [2]) Artemidorus, veteres duntaxat duas, quas ulteriorem citerioremque appellat Livius. Tres agnoscit [3]) Marcianus, Taraconensem, Baeticam, et Lusitaniam. Unde, quaeso, haec praeterquam e Menippo, cujus vestigia post Apollodorum pressit noster Marcianus. Sed vero ab Augusti dispositione, et à suis usque temporibus hanc Provinciarum ternariam partitionem arcessit Strabo. [4]) Nec refragantur Tacitus [5] atque Dio [6]. Itaque Augustó juniorem Menippum nostrum non probat haec temporis nota. Porro Pontorum duorum Periplum idem complexus est Menippus [7]). Erant ergo, cum scriberet Menippus, jam duae Romanorum in Ponti regione provinciae: et quidem, ut videtur, continuae, quod ad ambas Provincias idem spectarit Periplus. Nihil ergo cum his Provinciis commune habuit Pontus Bithynicus. Artemidori tempore nulla erat Romanorum in Ponto Provincia, nondum debellato Mithridate, nedum Pharnace, quem è Ponto fugavit Julius. Hinc sane manifestum est, non solo Artemidoro, sed Julio quoque Caesare, juniorem fuisse Menippum, cum jam in binas tribueretur Provincias Pontus Mithridatis. Recenset Ptolémaeus tres in illa ipsa Ponti Regione Provincias, Pontum Galaticum, Polemoniacum et Cappadocium. Sed quae demum fuerit

1) Diogen. Laërt. L. VI. n. 101. 2) Marcianeripl. p. 46. 3) Marcian. p. 38. Steph. Ἰβηρίαι. Constantin. de Admin. Imp. c. 23. 4) Strab. L. III. p. 166. L. XVII. fin. 5) Tacit. Ann. IV. 5. 6) Dio L. LIII, 7) Menip. ap. Steph. Χαλδία.

illarum tertia; aut an Ptolemaei demum aetate coeperit, non facile inde intelligimus. Pontum Polemoniacum à [1] Nerone Provinciam esse factam consentiunt Auctores. Sed ultima fuerit trium illa, an secunda, nondum constat. Tertiam potius fuisse suspicor, quod Halym veteris Ponti limitem nullatenus attigerit, sed media inter extremas sita fuerit. Neronis anno XI. tribuit Eusebius, Aerae proinde nostrae Christianae LXV. Proinde ante annum illum scripserit Menippus, nisi postea rursus alterutrius Ponti, vel Galatici memoria sublata, ita demum ad binarium numerum iterum Ponti Provinciae redactae fuerint. Quod sane incredibile non est, cum nomina illa adeo raro apud Auctores occurrant. Imo ita rem fuisse, ut puto, necesse est. Vetat enim Menippi tam sera mentio apud certae aetatis Auctores, ne illum adeo antiquum fuisse credamus. Vetant et alia, quae infra proferemus. Galliam praeterea [2]) noster quadripartitam facit, addita reliquis partibus Provincia Narbonensi. Augustum autem fuisse qui Narbonensem Provinciam instituerit, docet [3]) Strabo. Suffragatur Ethicus, qui censui Augusti quadripartitam illam tribuit, quam sequitur ipse, Galliae distributionem. Aliter vix esset ut in rebus tam antiquis Ethico fidem adhiberem. Porro quod Pontum et Propontidem seorsim ab Europa atque Asia descripserit Menippus; cur factum arbitrabimur, nisi ut à Patria sua Pergamo Periplum inciperet? Quod hoc monendum duxerit [4]) Marcianus; quo, quaeso, retulerimus, nisi ut methodi suae, quae eadem futura erat cum ea qua praecesserat Menippus, Lectorem ita admoneret? Et sane conveniunt cum Provinciarum terminis à Marciano assignatis loca è Menippo à Stephano memorata. Harmene Menippo Κώμη erat Παφλαγονίας. Et hic illam limitibus Paphlagoniae concludi videmus. Euarchus Paphlagoniam et Cappadociam terminabat pro sententia [5]) Menippi: ut Paphlagoniam Pontique duplicem Provinciam secrevit idem Euarchus pro sententia Marciani. Veteres

1) Suet. Neron 18, et Eutrop. et Malel. 2) P. 46. 3) Strab. L. VI. p. 177. 4) Marcian. p. 67, 68. 5) Steph. Καππαδοκ.

enim Cappadociam ad Pontum usque Euxinum porrexisse. idem monet Marcianus [1]: *Νῦν δὲ μετὰ τὴν Παφλαγονίαν, τὰ ἐχόμενα μέχρι τοῦ Βαρβαρικῶν ὁρίων ἰδίως Πόντος καλεῖται. διῄρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δύο.* Poterat fortasse quispiam ex hoc Marciani loco colligere, multo Marciano antiquiorem fuisse Menippum, quod veterum illud nomen Cappadociae usurparit hoc in loco Menippus. Poterat sane, nisi aliunde constaret e tot aliis Stephani locis Ponti, duorumque Pontorum, titulum, quem suorum temporum fuisse tradit Marcianus, etiam Menippo ipsi placuisse. Hinc enim potius e contra colligitur coaevos fuisse, qui coaevorum sermonem ambo usurparint. Convenit porro quod Tion Urbem et fluvium Billaeum pro communi Bithyniae Paphlagoniaeque termino agnoscant ambo tam Menippus quam Marcianus. Hoc eo magis observandum, quod Parthenium limitem statuat Arrianus [2]; et lineam a Coryoris post Parthenium ductam, paulo junior Arriano Ptolemaeus. Vel inde colligitur alterius ambos fuisse Saeculi, quam quo vixerint Arrianus atque Ptolemaeus. Ex his ergo, aliisque omnibus locis, quibus Menippum advocavit Stephanus, manifestum est, idem cum Menippo sentire hodiernum quoque Marcianum, etiam in iis quae erant Menippo singularia.

§. 6. De Menippi aetate alia.

Sed vero jam vidimus in exemplis modo recensitis Provinciarum illam distributionem, illi proximam quam fecit Augustus, ob oculos habuisse Menippum, et propterea quoque qui Menippum sequebatur, Marcianum. Nec ab illo tempore longe hoc ipsum discedit exemplum. Sentit enim cum Menippo et Marciano de finibus Bithyniae et Paphlagoniae, Tio Urbe et fluvio Billaeo, etiam Plinius. En verba: [3] Oppidum Tium, ab Heraclea triginta octo millibus passuum. Fluvius Billis. Ultra quem gens Paphlagonia, etc. Sic ante Plinium, Claudio etiam Impe-

1) Marcian. p. 73. 2) Arriani peripl. Pont. Eux. 3) Plin. N. H. VI. 1. 2.

rante, Mela [1]: Tum Tios oppidum, Milesiorum quidem colonia, sed jam soli gentisque Paphlagonum. Sed nulla tum mentio fluminis Billaei: et ne quidem apud Strabonem. Teji quidem meminit Strabo, sed quasi obscurae cujusdam urbeculae, quae nihil haberet memoria dignum. Eo autem magis propendet ut Provinciarum limitem Geographus agnoscat in fluvio Parthenio. Sic enim habet [2], *Εἶθ' ὁ Παρθένιος ποταμός*, etc. *Ἔπειτα ἡ Παφλαγονία, καὶ οἱ Ἐνετοί.* Ita nondum sub Augusto obtinuerit limes ille Menippi, sed inter tempora Strabonis et Melae, vel etiam Plinii. Sed ne quidem ita cum dispositione Provinciarum, quam tradidit Mela, conveniet Menippus. Mela finem Paphlagoniae ibidem facit Armenen, quem noster potius in fluvio ponit Euarcho. Cum Plinio melius conveniet, in quo pro incognito Vareto, Euarchum reposuit Harduinus: nec id pro situs rationibus absurde. Ideone saltem ad Plinii aetatem Menippum referemus? Diu autem post Plinium floruit, qui primus Menippi meminerit. Nondum video quisquamne illius meminerit antiquior Agathemero. Haec si vera sit Observatio, posterioribus demum fortasse temporibus eadem redierit, quae olim fuerat recepta, Provinciarum distributio, duabus Provinciis in unam à juniore aliquo Principe redactis. Faciles enim sunt in rebus à Principum arbitrio pendentibus id genus vices. Sed jam vidimus in Scylace quam sit solenne ut loca, quorum memoria olim intercidisset, ita nihilominus recenseant juniores, quasi sua etiamnum aetate inviolata permansissent: illi praesertim qui non sibi explorata scribunt, sed quae fidei debent alienae. Hoc autem censu fuisse verisimillimum est tam Menippum, quam ipsum quoque Marcianum.

§. 5. Opus MARCIANI hic editum aliud ab ejusdem ARTEMIDORO et MENIPPO. Aetas PROTAGORAE.

Male tamen, ut dixi, praedictas Artemidori et Menippi Editiones ad hodierna, quae debemus Hoeschelio, Marciani nostri fragmenta retulerunt Viri Eruditi. Nam ad mare

1) Mel. I. 19. 41. 2) Strab. L. II. p. 543.

(quod interius appellavit Marcianus) spectabat Epitome illa Artemidori. Idque, ni fallor, docet ipse Marcianus. De mari illo, quod vocat ipse καθ' ἡμᾶς, non certe alio quam interiori, ita subjungit: [1]) *Τὸν μὲν οὖν Περίπλουν τῆς θαλάττης ταύτης διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ γεωγράφου σαφῆ κατεστήσαμεν, ὡς προείρηται.* Oceani autem Orientalis Occidentalisque Periplum οἰκείῳ πόνῳ asserit, ut proinde locum ibi nullum habuerit Artemidorus. Verba illa, ὡς προείρηται, hinc etiam superiora esse explicanda docent, quo loco de eodem egerat (de quo hic etiam loquitur) Argumento. Locus ille mox initio Operis occurrit, quo monuerat, se nuper inventorum adjectione effecisse, ut in ea parte Geographiae, quam excoluerat Artemidorus, nihil desideraretur [2]), *ὡς μηδὲν ἐνδεῖν πρὸς τελειοτάτην σαφήνειαν τοῖς περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς Γεωγραφίας σπουδάζουσιν.* Hic sententiam finiendam arbitror, et deesse deinde verba nonnulla, quibus transitum fecerit ad Operis a se suscepti consilium. Proximae vocis initium fuisse à vocali facit saltem ut suspicemur, ν finalis in praecedentis vocis fine. Docet quidem, fateor, etiam extra columnas in Oceano navigasse Artemidorum Strabo: imo et noster [3]). Sed non aliunde illum quam ab Oceani εἰσροῇ Periplum suum inchoasse, mox ipso sui Operis initio docet Marcianus [4]). Hinc etiam colligimus maris fuisse interioris. Nam ab Oceani ἐκροῇ Periplus coeperit oportet Oceani. Imo alios ab Artemidoro Auctores in hoc suo Oceani Periplo se imitatum esse monet [5]), Ptolemaeum scilicet, et in stadiorum dimensione Protagoram. Utinam de hujus Protagorae etiam aetate constaret. Arbitror autem Ptolemaeo fuisse recentiorem, qui gradus Longitudinis Latitudinisque, quibus intervalla designarit Ptolemaeus, in stadia redegerit. Vix enim illud credibile est à Ptolemaeo illum discrepasse, cum tanti noster fecerit Ptolemaeum; cum [6]) *θειότατον καὶ σοφώτατον*; cum magno alioqui Eratosthene, ut annis juniorem, ita [7]) *παιδεύσει πρεσβύτερον*, appellarit. Et sane in stadiorum cal-

1) P. 6. 2) P. 2. [3) Strab. XVII. p. 825. Marcian.] p. 65. 4) P. 1. 5. 5) P. 2. 35. 37. 55. 6) P. 2. 7) P. 2.

culo universali Ptolemaeum ipsum ducem agnoscit, cum summam illam universalem duntaxat Ptolemaeus ipse designasset [1]. Itaque similiter in locorum singulorum intervallis non aliter stadiasmos Protagorae sequi potuit, nisi quà cum illa summa universali convenirent. Nec admodum antiquum fuisse Protogoram, illud, ni fallor, ostendit; quod methodum stadiasmi illam observarit, quam censuit Marcianus [2] omnium fuisse accuratissimam: ut scilicet maritimos stadiasmos duplices ubique exhibuerit; majorem alium, ex illis Auctoribus, qui viderentur propius ad excessum accessisse; alium minorem ex illis, qui fuissent in supputando modestiores, ut ita mediis quibusdam quasi cancellis vera spatia complecterentur. Cum aliorum erroribus ita occurrit, decessoribus errantibus junior esse vincitur: imo omnibus spatiorum Auctoribus, qui ipsi navigassent, junior, ut sententiarum omnium, quae fuerint extremae, cognosceret. Extremis enim sententiis constant duplices illius stadiasmi, è quibus mediam Lectori ipsi colligendam permittit. Quod porro fecit Artemidorus, idem Menippum fecisse testatur Marcianus [3], ut interieris Maris Periplum tantummodo descripserit. Ut proinde alia fuerit etiam ipsius emendatio à Marciano instituta ab hoc, in quo versamur, Opere. Non tamen propterea negaverim, in his etiam, quae habemus, fragmentis Marciani Hoeschelianis occurrere nonnulla, quae e Menippo acceperit Marcianus. Et quidem plura quam quae debuerit Artemidoro. Sunt etiam in hoc ipso Opere viceversa alia, quae nec Ptolemaeo debuerit, nec Protagorae. Agnoscit [4] ipse ἑτέρους παλαιοὺς ἄνδρας, unde excerpserit quae Ptolemaeus von suppeditarit, nec Protagoras. Vix puto illum propterea παλαιοῖς accensuisse Ptolemaeum atque Protagoram, sed alios illis adjunxisse, qui παλαιοί merito habendi essent. Potuit denique et in paucis illis, quae de locis habuit extra columnas Herculeas sitis, ipsum quoque sequi Artemidorum. Age tamen haec fragmenta enucleatius expendamus.

1) P. 6. 2) P. 37. [De Protagora eiusque opere, quae ex Photii bibliotheca novimus, v. infra ad p. III. 2.] 3) P. 65. 4) P. 2. 36.

§. 8. Multa aliena immista habet hoc opus MARCIANI. Nonnulla etiam ex ejus MENIPPO.

Itaque hunc Oceani Periplum (quem nos alium ab Artemidoro et Menippo Marciani ostendimus) duobus est complexus Marcianus omnino Libris. Priori Oceanum descripsit Orientalem et Meridionalem; Occidentalem autem posteriori atque Septentrionalem: non tamen ita quin et alia immiscuerit praeter oram Oceani. Priori quoque Libro terminos Europae et Asiae et Libyae non illos duntaxat assignat, qui in Oceano siti erant, sed in mari etiam interno: et quidem cum stadiorum intervallis. Ita factum ut maris Periplum utriusque in hoc Opere descripserit, quo tamen Maris tantum exterioris descriptionem fuerat professus. Addit similiter et sinus atque Insulas Maris interioris pariter ac exterioris. Addit denique maritimarum Provinciarum terminos, non illos solos qui mari praetendebantur, verum etiam illos qui à mari longius distabant, et Provinciis mediterraneis annectebantur. Liber secundus, seu Periplus secundus (utroque enim titulo illum designat Marcianus) primo de Oceano agit Septentrionali, et quidem ita ut Septentrionem versus progrediatur. Hispaniam, Galliam, Germaniam percurrit, et Sarmatiam Europaeam; ita ut Provincias omnes complectatur, tam illas quae mari interiori praetendebantur, quam quae Oceano. Addit et nostras insulas Britannicas. Nec eousque ulla est suspicio, quasi quippiam habeant cum praedictis Artemidori et Menippi Editionibus commune hi Libri, de quibus agimus, Marciani de Periplo Oceani. Occurrit autem, fateor, p. 61 hujus Editionis Epitomes Apollodori fragmentum. Sequuntur Tituli Parapli ab Attaea ad Adramyttium, cum Urbium per terram intervallis. Deinde ab Adramyttio ad Lectum, et Troadis usque ad Sigeum. Sed loco plane importuno. Nec enim in sequentibus quippiam occurrit, quod his titulis respondeat. Quae enim sequitur Praefatio, ad secundam illius ejusdem Libri partem spectat, qua de Oceani Occidentalis periplo acturus erat Marcianus. Hoc satis manifeste docent illius

verba illa: [1] Περὶ δὲ τῆς διαφωνίας τῶν σταδίων εἴρηται μὲν μοι ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ, ἐν ᾧ τὸν Περίπλουν τοῦ ἑῴου παντὸς ὠκεανοῦ πεποίημαι. Locus, ad quem nos hoc in loco retulit, occurrit Libro hujus Operis priori p. 3. Postea quae legimus post verba illa [2] Λήρογκε δὲ ὁ Μένιππος etc. ad finem usque Marciani, aliena videntur omnia ab Argumento Paripli de Oceano. Ad oras enim Maris interioris spectant universa, nec quicquam habent commune cum Oceano. Unius sunt ejusdemque sibi, nec aliunde hausta quam è Menippo. Nexum illa habent omnia invicem, nullum autem cum praecedentibus. Vidimus quidem in superioribus nonnulla immista, quae maris erant interioris, sed hic nihil plane legimus, quod referri possit ad Oceanum. Et longe praeterea accuratius loca maritima Maris interioris cum spatiis referuntur quibus invicem distabant, quam in alieni Argumenti Opere spectari potuit, quo res illa obiter duntaxat, non autem ex professo, tractabatur. Magis ergo eo propendeo, ut haec omnia à praecedentibus separanda sint, et à novo initio inchoanda, quod ad Menippi illam, quae intercidit, pertinuerit Editionem à Marciano elaboratam. Supponunt certe in praecedentibus sermonem de Menippo, qui etiam ipse hic desideratur. Non est ergo quod miremur, si loca Veterum è Marciano prolata non ubique respondeant, cum adeo mutilum illum hodie habeamus, adeo locis alienis interpolatum. Desunt p. 12, quae dicturus erat de Aethiopia κατὰ μέρος. Eò autem redeamus unde discessimus.

§. 7. Menippus forte sub Commodo.

Itaque cum postrema illa non Marciani, sed Menippi, fuisse, probaverimus; sequitur exinde non de aetate Marciani, sed Menippi, esse pronunciandum. Age ergo videamus, siquam novam inde temporis, quo vixerit, notam elicere possumus. De Ἀβώνου τείχει Alexandri Pseudomantis Urbe ita loquitur: [3]) τὴν νῦν Ἰουνόπολιν λεγομένην. Et quidem Alexandri illius rogatu impetratum, ut nomen

1) Marcian. P. 66. 2) P. 67. 3) p. 72.

illud mutarit, testatur Lucianus. Sed Ionopolim appellat ipse: rectiusque, ut videtur. Hoc enim consilio fortasse nomen illud patriae impetravit Alexander, ut originem ejus ab Ionibus arcesseret, qui erant etiam in minori illa Asia celeberrimi. Vixit ergo Menippus post Alexandrum, saltem post novum illud nomen Ionopolis. Sed Aboniteichi nomine usus est sub finem Hadriani Arrianus in Periplo Maris Euxini. Etiam sub Pio idem nomen in numis observavit praestantissimus [1] Spanhemius. Et sub Marco potissimum floruisse constat illum impostorem, quo coepit Auctore nova illa patriae illius appellatio. Hoc inde manifestum est quod Oracula illius memoret Lucianus nulla praeterquam de rebus, quae illo Imperante contigerint. Initio mox illius Imperii fuisse verisimillimum est infaustum illum exitum [2] Severiani Galli in Armenia, qui ortum dederit Bello in Parthos, de quo triumphos et cognomina utriusque Principis in numis legimus. Eodem Imperante pestis erat, de qua crassum Pseudoprophetae errorem deridet [3] Lucianus. Sub finem Marci Bellum erat in Marcomanos ipsum quoque pari falsarii hallucinatione similiter insigne. Etiam tempus designat [4] Lucianus, quo hanc gratiam patriae impetrarit Alexander, cum unicus esset in Imperio Princeps. Hoc nos docent Luciani verba. Ait enim postulasse praestigiatorem [5] *παρὰ τοῦ Αὐτοκράτορος μετωνομασθῆναι τὸ Ἀβώνου τεῖχος, καὶ Ἰωνόπολιν κληθῆναι.* Solus ergo erat in Imperio Marcus, cum hoc Alexandro concederet, vel Alexandri potius (ut videtur) patrono Rutiliano. Certumque adeo est post novennium, quo collegam habuit in Imperio Verum, elapsum, à Marco hoc fuisse impetratum, post annum scilicet Aerae Christ. receptae CLXX. Serius esse potuit, dummodo ante Marci saltem exitum contigerit. Nec sane longe, ut opinor, a vera Menippi aetate aberrabit haec nota. Sic enim loquitur quasi nupera esset, cum scriberet Menippus, illa nominum mutatio; quasi nondum *Ἀβώνου τεῖχους* no-

1) Ez. Spanhem. de Praest. Numism. 2) Lucian. Pseud. p. 764. 765. 3) Lucian. ib. p. 769. 4) Lucian. ib. p. 775. 5) Lucian. ib. p. 782.

men e memoria hominum excidisset. Quod sane scire potuit Menippus, Asianus ipse, et Pergamenus. Non longe itaque, ut puto, aberrabimus, si illum Commodi temporibus assignemus.

8) Formae, quibus Marciani Scripta designantur à Stephano.

Placet autem obiter formas, quibus praedicta Marciani Scripta a Stephano advocantur, observare. Cum testis adducitur ipse Marcianus, illa ejus Scripta designantur, quae suo nomine ipse insignivit; vel scilicet Periodi pedestres, vel Oceani Peripli, vel Itinerarium ab Urbe Roma ad Urbes insigniores. Ita scilicet plerunque. Semel enim advocatur [1] Marcianus ipse e II° Epitomarum Artemidori. Quod sane potuit contingere, quod locum illum, quem forte omiserat Artemidorus [2], Marcianus ipse ex alio aliquo, cujus tamen nomen reticuerit, Auctore suppleverit. Hoc enim profitetur ipse Marcianus, ita se in alienis Scriptis esse versatum, ut nihilominus constaret quid ipse scripsisset Auctor, et quid de suo aliunde suppleverit Marcianus. Porro Menippum non in Epitomen redegit, sed, qua deesse visus est, auctiorem fecit. Nec Periplum duntaxat universum, sed et partes Peripli singulas, sub Peripli nomine Stephanus advocavit, nempe Periplum utriusque Ponti, Periplum Paphlagoniae, Periplum Bithyniae etc. Minus profecto accurate. Quanquam enim omnes invicem annexae Periplum fecerint, quod circuitum expleverint; partes tamen singulae non explebant, proinde rectius Parapli quam Peripli appellandae. Oram enim maritimam praeternavigabant potius quam circumnavigabant.

§. 9. Medius inter Menippum et Marcianum Agathemerus, antiquior Constantinopoli.

Jam de Marciani agamus aetate. Idque certum est inprimis, antiquiorem esse Stephano Lexici Geographici Auctore, à quo testis advocatur. Si quidem is sit Marcianus, cujus meminit Synesius [3], ut credunt nonnulli, jam

1) Steph. Μαλλάδα. 2) Marcian. p. 65. 66. 3) Synes. Epist. 101 ad Pylam.

nihil esset cur de illius aetate ultra dubitaremus. Erat enim ille senex, cum scriberet Synesius, qui sub Arcadio potissimum scripsit floruitque. Suntque, fateor, quae sententiae illi faveant. Argumenta, Marciani testimonia adduxit Stephanus. Idemque fecit de Synesio. Inde conficitur, ambos antiquiores esse Stephano. Coaevos sibi invicem fuisse non conficitur. Erat praeterea Marcianus ille Synesianus (ut nostrum appellant MSS) Heracleota. Sed nihil habet Synesius de Scriptis Marciani, nedum Geographicis. Temere ergo de aetate Marciani nihil inde pronunciandum est. Aliunde quaerendum nunquid pugnet, quo minus hoc Saeculo vixerit scripseritque Marcianus. Artemidoro et Menippo sua, quae de Insularum ambitu dedit, se debere agnoscit [1] Agathemerus. Nec tamen Marciani vel nomen apud illum legimus, nec quippiam habet unde constare possit, operamne Marciani permistam haberent horum Auctorum Textus, quos ipse usurpavit Agathemerus. Non loquitur de Epitomis Artemidori, ut loquitur Stephanus, quem post Marcianum vixisse certum est; ut loquitur etiam [2] Scholiastes Apollonii, quem vel hinc Marciano recentiorem fuisse vincitur. Media ergo inter Menippum Marcianumque aetate vixit Agathemerus. Proinde ex illius aetate illud saltem colligendum est, quo tempore ne quidem antiquior esse potuerit Marcianus. Quod vero Agathemeri aetatem è Tropici [3] vel potius Syenes, ab Aequatore distantia (quasi vero ea fuisset illus Saeculi, quo ipse vixit Agathemerus) colligat Wendelinus; speciosior illa, ni fallor, quam fortior, Argumentatio est. Ptolemaeo enim se accepta illa, quae habet de Parallelis, ipso mox capitis initio, referre agnoscit Agathemerus. Scio quidem hodiernos utriusque numeros inter se discrepare. Discrepantiam enim illam Agathemerus facit μοιρῶν κγ΄. ϛ΄ δ, graduum scilicet 23. 45΄. et quidem duobus in locis [4]. Ptolemaeus μοιρ. κγ΄. ϛ΄ γ΄., nempe grad.

1) Agathem. L. I. c. 5. 2) Schol. Apollon. ad L. III. v. 858. 3) Agathem. L. I. cap. 8. 4) Agathemer. L. I. cap. 8. L. II. c. 13.

23. 50′. etiam ipse bis[1]. Sed tam aperta Agathemeri professio facit, ut ne dubitare quidem liceat, quin sit alter ex altero corrigendus. Nec sane difficilis erat in tertio numero error. Eodem enim redibunt, pro calculo supputandi Romano, si δ′ quadrantem designarit; γ′ autem tres uncias, quae revera quadrantem assis conficiebant. Ergo tempus illus aliunde explorandum est. Ptolemaeo juniorem, quem toties sequitur, fuisse manifestum est. Inde Taprobanen Salicam[2], non Insulam Palaesimundi, appellat, pro exemplo Ptolemaei. Etiam post Severi tempora vixisse colligit Wendelinus propter verba ejus de Albione ἐν ᾗ στρατόπεδα ἵδρυται[3], quae ille de Severi vallo tunc recens exstructo intelligenda esse censet, ditionis Romanae termino. Atqui si de tali aliquo vallo necesse esset, ut verba illa intelligerentur; erant profecto, etiam ante Severum, talia valla alia, ad quae poterant non absurde referri, tam Hadriani, quam etiam Antonini Pii. Sed στρατοπέδων ἱδρυμένων nomine Legionum castra intelliget stativa, non ad vallum certe, sed in Urbibus Britanniae maxime opportunis. Talia tria Eboraci, Cestriae, et Iscae Damnoniorum, seu Exoniae, numerat ipse Ptolemaeus. Itaque non est cur, ex hoc saltem loco, colligamus eum multo juniorem fuisse vel ipso Ptolemaeo. Tantum abest ut Plethonis aut Gazae Saeculo admoveri possit, ut vir quidam doctus arbitratus est. Maximi certe, qui Gratianum Imperatorem interfecit, Saeculo juniorem esse non potuisse, vel è praedictis colligimus, quae tum etiamnum erant in Britannia nostra, στρατοπέδοις ἱδρυμένοις. Copias enim Romanorum omnes ex hac Insula detraxit Tyrannus ille Maximus. Postea, fateor, rogati à Britannis Romani miserunt identidem sociis auxilia. Sic tamen illi, ut re bene gesta mox redierint, nec deinceps castra ulla fixa hic tenuerint. Anno ergo Aerae nostrae Christianae 383 (quo Maximi opera cecidit Gratianus) antiquior fuerit oportet Agathemerus: imo certe anno ejusdem Epochae 330 antiquior, quo Urbs Constantinopolitana

1) Ptol. Geogr. L. I. c. 23. p. 24. L. IV. c. 5. p. 122. 2) Agathemeri L. II. c. 6. 8. 3) Agathemeri L. II. c. 5.

dedicata est, et novo Constantinopolis nomine appellata, quam veteri adhuc nomine noster [1] Byzantium appellat. Graecum fuisse prodit et lingua, qua scripsit, Graeca, et patronus Operis Philo ipse etiam Graecus, et nomen Graecum Agathemerus. Etiam Orientalem arguit, quod Gallos observarit, non jam amplius Galatarum, sed Gallorum [2], nomine appellari. Non equidem inepte, pro loci, quo vixit scripsitque, situ, si quidem vixerit in Oriente nec longe à Galatis Asianis. Galatarum enim nomini magis assueverant Asiani, propter finitimos sibi Galatas; non autem incolae Occidentalis Imperii. Erat ergo etiam ipse inter illos qui sedem Imperii agnoscebant Constantinopolim, si quidem postea vixisset quam eo translatum fuisset Imperium. Cur itaque veteri, et quod in desuetudinem abierat, nomine illam appellaret? Memorat porro Daciam post Iazygas Metanastas [3] ὁριζομένην τῷ Ἴστρῳ. Ea proculdubio Transdanubiana erat in Provinciam redacta à Trajano, ab Aureliano autem deserta et praesidiis nudata. Si quidem ea tum fuisset Romana Provincia, cum scriberet Agathemerus, ita vixerit etiam ante Aurelianum. Sed nihil habet unde certe colligi possit fueritne tum ditionis Romanae. Utcunque tamen ante fundatam Constantinopolim illum vixisse verisimillimum est. Et certe spatio aliquo temporis post Ptolemaeum. Danubium censet Ptolemaeus usque ad [4] Axiopolim Daciae finitimam. Non longe fortassis ab eo discrepavit [5] Strabo, qui ad Cataractas eum producit, quae per Dacos feruntur. Plinii locum, qui ab eo loco, quo Illyricum alluit Danubius, Istri nomen auspicatur, mendosum esse suspicor. Danubii nomen ad Vindobonam tantummodo profert Agathemerus [6]. Ex alio certe Auctore quam Ptolemaeo, utque videtur, juniore: forte Menippo. Nec enim oras duntaxat maritimas à Menippo descriptas fuisse colligimus e fragmentis Hoeschelianis. Et quidem junior Ptolemaeo fuit, ut vide-

1) Agathemer. L. II. c. ult. 2) Agathemer. L. II. c. 4. 3) Agathemer. L. II. c. 4. 4) Ptolem. II. 11. p. 57. III. 8. p. 84. 10. p. 87. 5) Strabo L. VII. p. 304. 305. 6) Agathemer. L. II. c. 4.

inus, Menippus; ut Menippo junior erat Agathemerus. Idem Agathemerus saltem antiquior Constantinopoli, fortassis Aureliano. Proinde junior Agathemero Marcianus his temporibus junior fuerit oportet. Quanto junior fuerit, nondum hoc docet Argumentum. Sed plusquam duorum Saeculi spatium intercesserit oportet inter Menippum atque Marcianum, si idem is fuerit, de quo agimus, Marcianus cum illo, cujus meminit Synesius. Itaque quam sero vixerit Marcianus, aliunde explorandum.

§. 10. Scholiastes Apollonii junior Marciano, quarto saltem Saeculo exeunte antiquior.

Porro ex Artemidori Epitome testimonium advocat vetustus ille, quem habemus, atque eruditus Apollonii Rhodii Scholiastes, quem vel inde discimus recentiorem illo, qui Epitomen illam confecit, nostro (inquam) Marciano. Sed vero Scholiastarum veterum aetatem designare difficillimum est, praesertim Anonymorum, eorumque maxime qui aliorum Commentarios in unum Corpus digesserunt. Solenne his est ut verba aliena repraesentent, quae sint proinde ad Auctorum potius, quos collegerant, aetates, quam ad suam, referenda. Solenne item junioribus, ut novis incertique temporis Observationibus vetustiorum cogitata interpolarent. Solenne denique ut temporis, quo vixerint, designationem parum necessariam crederent, atque adeo penitus negligerent. Nec otium est impraesentiarum de his accurate, ut merentur, disserendi. Sunt autem sane inter Scholiastas illi vetustiores, qui in primarios Graecae linguae Scriptores operam suam contulerunt, et qui Auctoribus exemplisque sua confirmarunt. Habent quidem minorum gentium Auctores, qui in pretio erant, suos sibi Scholiastas. Ita Lucianus, Aristides, Philostratus, Oppianus, Nazianzenus, Synesius, Libanius etc. Sed parvae admodum frugis; sed veterum testimoniis plerumque destitutos; sed rerum, de quibus agunt, admodum plerumque imperitos, quique vel illa ipsa imperitia suam novitatem prodant, quantumque distarint a Saeculis ingeniorum feracissimis. Sed et inter antiquiores doctioresque

Scholiastas, ordo quidam observandus est. Omnium antiquissimi sunt, proximique ipsis, quos explicandos susceperant, Auctoribus, qui ex ipsis fontibus testimonia arcessunt, non autem ex antiquioribus Scholiastis; juniores illi qui suum nihil contulerunt praeter industriam, dum aliorum separata volumina in unum corpus contraxerunt. Hoc autem censu habendus est hic Apollonii, quem habemus, quantumvis doctus, Scholiastes. Collegit ipse e Lucillo Tarrhaeo, Sophocle, et Theone, qui tamen etiam ipsi ex antiquioribus hauserunt, qui scripserunt in hunc ipsum Apollonium ex professo Commentarios. Tertio ergo demum gradu distat ipse a primariis Auctoribus, proinde recentissimis sui ordinis Scriptoribus accensendus. Is Theon, si idem fuerit Alexandrinus, cujus similes habemus in Aratum Ptolemaeumque Commentarios; ita collector ipse, Theone junior, post quartum à Christo nato Saeculum, quo scripsit Theon exeunte, floruerit. Quanto junior illa quoque Epocha fuerit, ne quidem ita constabit. Si autem ipse nihil proprium attulerit, ita necesse erit ut quae habet omnia Theone, eorum, quos collegit, recentissimo antiquiora sint. Sic erit Theoni, ita tamen ut ante hoc Theonis opus scripserit, saltem coaevus Marcianus. Nec quicquam hactenus pugnabit, quo minus idem fuerit cum Marciano Synesiano. Sed nec vicissim quicquam pugnat, quo minus fuerit hoc ipso Theone, et coaevo Theoni Synesio, multo adhuc antiquior.

§. 11. Noster Marcianus antiquior, ut videtur, Marciano Synesii, eoque qui floruit sub Valente.

Superest ergo, ut ex ipso demum Marciano de Marciani Saeculo judicemus. Et quidem Saxonum nomen hic legimus. Insulam Saxonum p. 52. Et gentem Saxonum p. 53. Cujus gentis nomen in Graecis pariter ac Latinis Historiis ignotum asserit ante Diocletiani tempora Cl. Vindingius. Recte quidem id fortassis si sermo fuisset de Saxonum praedationibus, aut traductis aliò coloniis, quibus postea inclaruerunt. Hic autem in propriis sedibus erant, cum eorum mentionem faceret Marcianus, qui ipse

nihil habet quod accipere non potuerit a Ptolemaeo. Meminit enim etiam [1] Ptolemaeus Insulae Saxonum, et gentis; et eodem situ utramque statuit, quo et noster Marcianus. Plane ergo nihil video, quod Marciani aetatem multo inferiorem arguat aetate Ptolemaei. Nihil plane cur junior credatur tertio Aerae nostrae Christianae Saeculo. Ita satis accurate invicem consentient omnia, ut et junior Ptolemaeo fuerit Menippus, et Menippo junior Agathemerus, et junior Agathemero Marcianus. Vix potuit a Roma veteri duntaxat Itineraria describere ipse Graecus, et Romae novae (siqua tunc fuisset) subditus. Vix potuit Imperii, quo vixit ipse, Metropolim tam alto premere silentio, in Opere Geographico, in locis Constantinopoli adeo vicinis. Nomen ejus fateor, Romanum est: sed Graecum lingua, qua scripsit, fuisse prodit, et patria Heraclea Ponti. Orientalem produnt Epitheta, quibus ornat Ptolemaeum, θειοτάτου et σοφωτάτου Syro Malelae admodum familiaria, non item Graecis Europaeis. Faciunt haec omnia, ne Constantinopoli junior credi possit, cujus mentionem omnem ita devitarit. Haec si vera, alius fuerit Marcianus noster à Marciano Synesiano, et ab illo etiam alius, quem ejus loco reponit Cl. Vindingius e Suida, qui sub Valente Principe floruerit; si tamen is ipse alius fuerit à Synesiano.

1) Ptolem. Geogr. L. II. c. 11. p. 60. 58.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ ΗΡΑΚΛΕΩΤΟΥ
ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ
ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΕΞΩ ΘΑΛΑΣΣΗΣ
Ἑώου τε καὶ ἑσπερίου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μεγίστων νήσων.
ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

. . . .
. . . . [Ὠκεανοῦ][1] . . . . τὴν

MARCIANI HERACLEOTAE
[ex ea, quae] PONTI [est Heraclea]
PERIPLUS MARIS EXTERNI,
tam orientalis quam occidentalis, et maximarum insularum, quae in eo sitae sunt.
LIBER PRIMUS.

. . . .
. . . . . . [Oceani] . . . . influ-

1) Iam Dodwellus recte vidit, initium operis interiisse, eumque restituendum hoc modo: τὴν ἀρχὴν Ὠκεανοῦ τὴν εἰσροὴν ποιούμενος Ἀρτεμίδωρος coniecit. Consentit Io. Hudsonus. Sed hanc lacunam nullo modo expleri posse scio, nisi ex libris integris, qui fortasse in bibliothecis lateant; itaque eam simpliciter indicare malui. Si omnia autem diligenter perpendo, Dodwellum errasse video. Marcianus enim in ea parte, quae hoc loco periit, de Oceano dixisse videtur, atque fortasse eo modo, ut periodum eius, eiusque partes et coniunctionem cum interiori mari ostenderet. Quibus expositis rebus Marcianus transiit ad Artemidorum, docens ubi is εἰσρόην Ὠκεανοῦ in Mare nostrum posuit. Haec legimus, sed illa omnia perierunt deque divinare iis tantummodo possumus ex bipartiti operis dispositione singulisque locis, quae sint p. 2. 5. 6 al. Hanc opinionem Dionysius Periegetes eiusque interpres Eustathius, et qui eum secutus est Nicephorus Blemmidas, adiuvant. Marcianus rem fortasse eodem modo narrabat atque breviter sententiam suam, Maria extera sive Oceanum in duas tantum maiores partes, et quidem Oceanum orientalem et occidentalem, utrumque autem iterum in duas partes dividens, adnexit. Quae aperte dicit p. 2., ubi legimus: ἔτι μὲν καὶ ἑτέρων πλείστων ἀρχαίων ἀνδρῶν τὸν περίπλουν ἀναγράψαντες εἰλόμεθα ἐν βιβλίοις δυσί· τὸν μὲν ἑῷον καὶ μεσημβρινὸν ὠκεανὸν ἐν τῷ προ-

εἰσροὴν . . . . *ποιούμενος Ἀρτεμί-*

xum faciens . . . . Artemidorus Ephesius in

τέρῳ βιβλίῳ, τὸν δ' ἑσπέριον καὶ τὸν ἀρκτῷον ἐν τῷ δευτέρῳ, ἅμα ταῖς ἐν αὐτοῖς κειμέναις μεγίσταις νήσοις. . . . εἰδὼς δὲ καὶ ἑτέρους τῶν παλαιῶν περὶ τὴν τοιαύτην σπουδάσαντας ὑπόθεσιν. Hoc sensu lacunam esse indicandam mihi persuasissimum est. Hoeschelius atque Hudsonus: *Τὴν εἰσροὴν ποιούμενος Ἀρτεμίδωρος κ. τ. λ.* ediderunt. Meae dispositioni versionem latinam accommodavi indicata lacuna, sic: „.... [Oceani ...] influxum faciens Artemidorus Ephesius Geographus undecim Geographiae libris periplum, quam optime potuit, conscripsit.“ Hudsonus enim vertit: „Artemidorus Ephesius Geographus, initium faciens ab influxu Oceani [in mare nostrum,] undecim Geographiae libris periplum, quam optime potuit, conscripsit.“ Restat autem adiungere quae Dionysius, Eustathius, et Nicephorus dixerunt. Dionysius haec v. 27 sqq.:

Πάντη δ' ἀκαμάτου φέρεται ῥόος Ὠκεανοῖο,
εἷς μὲν ἐών, πολλῇσι δ' ἐπωνυμίῃσιν ἀρηρώς.
Ἤτοι ὁ μὲν Λοκροῖο παρ' ἐσχατιὴν ζεφύροιο
Ἄτλας ἑσπέριος κικλήσκεται· αὐτὰρ ὕπερθεν,
πρὸς βορέην, ἵνα παῖδες ἀρειμανέων Ἀριμασπῶν,
πόντον μιν καλέουσι πεπηγότα τε Κρόνιόν τε·
ἄλλοι δ' αὖ καὶ νεκρὸν ἐφήμισαν εἵνεκ' ἀφαυροῦ
ἠελίου· βράδιον γὰρ ὑπεὶρ ἅλα τήνδε φαείνει,
πάντη δὲ σκιερῇσι παχύνεται ἐν νεφέλῃσιν.
Αὐτὰρ ὅθι πρώτιστα φαείνεται ἀνθρώποισιν,
ἠῷον καλέουσι καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης.
Ἄγχι δ' Ἐρυθραῖόν τε καὶ Αἰθόπιον καλέουσι
πρὸς νότον· ἔνθα δὲ πολλὸς ἀοικήτου χθονὸς αὐλὼν
ἐκτέταται, μαλεροῖσι κεκαυμένος ἠελίοισιν.
Οὕτως Ὠκεανὸς περιδέδρομε γαῖαν ἅπασαν,
τοῖος ἐὼν καὶ τόσσα μετ' ἀνδράσιν οὐνόμαθ' ἕλκων.
Κόλπους δ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἀπερεύγεται, ἔνδοθι βάλλων
εἰς ἅλα· τυτθοὺς μὲν πλέονας, πίσυρας δὲ μεγίστους.
Ἤτοι μὲν πρώτιστος, ὃς ἑσπερίην ἅλα τίκτει,
συρόμενος Λιβύηθεν ἔσω Παμφυλίδος αἴης·
δεύτερος αὖτ' ὀλίγος μέν, ἀτὰρ προφερέστατος ἄλλων,
ὅστ' ἀποκιδνάμενος Κρονίης ἁλὸς ἐκ βορέαο,
Κασπίῃ αἰπὺ ῥέεθρον ἐπιπροΐησι θαλάσσῃ,
ἥντε καὶ Ὑρκανίην ἕτεροι διεφημίξαντο.
Τῶν δ' ἄλλων, οἵτ' εἰσὶν ἀπαὶ νοτίης ἁλὸς ἄμφω,
εἷς μὲν ἀνώτερός ἐστι, τὸ Περσικὸν οἶδμα προχεύων,
ἀντία Κασπίης τετραμμένος ἀμφιτρίτης.
ἄλλος δ' Ἀράβιος κυμαίνεται ἔνδοθι κόλπος,
Εὐξείνου πόντοιο νοτιώτερον ὁλκὸν ἑλίσσων.
Τόσσοι μὲν κόλποι βαθυκύμονος Ὠκεανοῖο,
οἱ μείζους· ἄλλοι δέ τ' ἀπειρέσιοι γεγάασιν.

Ad v. 4. Eustathius haec: „*Ὅτι εἰπὼν τέσσαρα τὰ πελάγη τοῦ ὠκεανοῦ, τὸ ἑσπέριον Ἀτλαντικόν, καὶ τὸ ἀρκτῷον Κρόνιον, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἕω Ἰνδικόν, καὶ τὸ νότιον Αἰθιοπικόν, καὶ οὕτω τοῖς τοῦ κόσμου τέσσαρσι κέντροις ἐπεξελθών, ἐπάγει συμπληρωματικῶς ἅμα καὶ ἐπιφωνηματικῶς, ὅτι Οὕτως ὠκεανὸς περιδέδρομε γαῖαν ἅπασαν· ὡς ἤδη δείξας ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν στεφανοῖ, ὡς προεί-*

ρηται. εἰ καί τινες τῶν παλαιῶν ἀντιλέγειν ἐβούλοντο, καθὰ καὶ Ἡρόδοτος, ὃς οὐκ ἀποδέχεται τοὺς γράφοντας τὸν ὠκεανὸν ῥέειν πέριξ τῆς γῆς. — Ὅτι τὸν ὠκεανὸν εἰς τέσσαρα διελών, ὡς προείρηται, ἱστορεῖ καὶ τέσσαρας αὐτου κόλπους μεγίστους εἰς τὴν γῆν ἔσω ἐρεύγεσθαι, ἕνα μὲν τὸν τὴν ἑσπερίαν θάλασσαν τίκτοντα, τὴν ἀπὸ Γαδείρων διήκουσαν ἕως καὶ εἰς Παμφυλίαν, ὅπου καὶ ἡ Κύπρος· ἕτερον δὲ τὴν ἐκ τοῦ βοῤῥᾶ Κασπίαν θάλασσαν, τὴν καὶ Ὑρκανίαν· τρίτον δὲ ἀπὸ νοτίας θαλάσσης, ἤτοι νοτίου ὠκεανοῦ, τὸν Περσικὸν κόλπον ἀντικρὺ κείμενον τῆς Κασπίας· καὶ τέταρτον τὸν Ἀραβικόν, ἀντικείμενον τῷ Εὐξείνῳ ἐκ νότου καὶ αὐτόν, καλούμενον Ἀραβικὸν διὰ τοὺς αὐτόθι Ἄραβας, ὡς καὶ ἡ Περσὶς θάλασσα τοῖς Πέρσαις παρονομάζεται, καὶ τοῖς Ὑρκανίοις καὶ Κασπίοις ἡ αὐτῶν παρώνυμος θάλασσα. τὸν δὲ Ὑρκάνιον κόλπον τὸν καὶ Κάσπιον ὀλίγον μὲν λέγει, ὡς πρὸς τὴν ἑσπερίαν θάλασσαν τὴν συρομένην ἀπὸ Γαδείρων ἕως καὶ εἰς Παμφυλίαν, τῶν ἄλλων δὲ προφερέστερον ἱστορεῖ, τοῦ Περσικοῦ τε δηλαδὴ καὶ τοῦ Ἐρυθραίου. λέγει δὲ καὶ ὅτι μικροὺς μὲν κόλπους ὁ ὠκεανὸς πλέονας, ὡς δὲ προϊὼν ἐρεῖ, καὶ ἀπειρεσίους ἔνθα καὶ ἔνθ' ἀπερεύγεται εἰς ἅλα ἔνδοθι βάλλων, ἤγουν θαλάσσας ἔσω τῆς οἰκουμένης ἀποτελῶν. μεγίστους δὲ τέσσαρας, οὓς καὶ πρὸς ὄνομα ἐξέθετο, καθάπερ εἴρηται. Nicephorus Blemm. geographia synoptica: Ὁ ὠκεανὸς εἷς ὢν καὶ κύκλῳ περιφερόμενος τέσσαρας ἔσχεν ὁ αὐτὸς τὰς ἐπωνυμίας. καὶ πρὸς μὲν τὸ τέλος τοῦ ζεφύρου Ἄτλας ἑσπέριος καλεῖται· πρὸς δὲ τὸν βοῤῥᾶν, ὅπου καὶ τὸ τῶν Ἀριμασπῶν γένος οἰκεῖ, Κρόνιος πεπηγώς· πρὸς δὲ τὴν ἑῴαν ἠῶος καὶ Ἰνδικός· πρὸς δὲ τὸν νότον, ὅπου ἡ γῆ κεκαυμένη ἐστὶν ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου θερμότητος, ἐρυθραῖος καὶ Αἰθιόπιος καλεῖται. Ἔχει δὲ καὶ τέσσαρας πόρους σὺν τούτοις, οἵτινες τέσσαρας ἀποτίκτουσι θαλάσσας· τὴν μὲν πρώτην πρὸς δυσμάς, τὴν δευτέραν δὲ ἐπ' ἀνατολάς, τὴν δὲ τρίτην πρὸς βοῤῥᾶν, τὴν δὲ τετάρτην πρὸς νότον. Obiter moneo, non solum **Oceani** verbi significationem, sed etiam verbum ipsum ex lingua sanscrita, quam dicimus, translatum esse in linguam graecam hodie constat. Primo loco exhibeo Stephani Byzantini locum: Ὠκεανός, ὁ ποταμὸς ὁ περιέχων τὴν γῆν. Φαβωρῖνος ἐν ταῖς παντοδαπαῖς ἱστορίαις· προσαγορεύουσι δὲ τὴν ἔξω θάλατταν ἐκεῖ μὲν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων Ὠκεανόν, οἱ δὲ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες μεγάλην θάλατταν, οἱ δ' Ἕλληνες Ἀτλαντικὸν πέλαγος. ἐκλήθη δ' οὕτω παρὰ τὸ ὠκέως νάειν, ὅ ἐστι ῥεῖν. Theon ad Arati Phaenomena v. 25 derivat nomen Ὠκεανός a verbo ὠκύς. I. H. **Vossius** (Kritische Blätter T. II. p. 178.) hanc derivationem reiecit atque Bocharti (Opera 1692, p. 639.) sententiae: „Og Phoenici sua lingua maris ambitus aut mare ambiens, unde Oceanus, Ogeni domus, et Og (hug) quod in scriptura nomen cosmographicum." Consentit. **Guil. de Humboldt** dicit, ogha esse sanscritae linguae radicem, atque multitudinem, deinde fluvium et quidem rapidum significare. Conf. **Alex. de Humboldtii** Kritische Untersuchungen über die historische Entwickelung der geographischen Kenntnisse von der Neuen Welt, Vol. I. p. 49 sq. 168 sq. Huc spectat quoque, quod Herodotus de Oceano dicit libro II. 21: ἡ δ' ἑτέρη ἀνεπιστημονεστέρη μέν ἐστι τῆς λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἰπεῖν, θωμασιωτέρη· ἣ λέγει, ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι· τὸν δ' Ὠκεανὸν γῆν πέρι πᾶσαν ῥέειν. cap. 23.: Ὁ δὲ περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ λέξας, ἐς ἀφανὲς τὸν μῦθον ἀνενείκας, οὐκ ἔχει ἔλεγχον. οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐόντα· Ὅμηρον δὲ ἤ τινα τῶν πρότερον γινομένων ποιητέων δο-

δωρος ὁ Ἐφέσιος γαιωγράφος[2] *ἐν ἑνδεκάτοις τῆς Γεωγραφίας*[3] *βιβλίοις τὸν περίπλουν, ὡς ἐνῆν*[4] *μάλιστα δυνατὸν, συνέγραψεν· ἡμεῖς δὲ τῶν βιβλίων τούτων τὰς περιττὰς τοῦ μνημονευθέντος ἀνδρὸς παρεκβάσεις, προσέτι δὲ βαρβάρων Αἰθιοπικὰς πόλεις ἀφέντες, ἐν ἐπιτομῇ σαφέστατα μετ' ἀκριβοῦς*[5] *ἐφευρεθέντα*

Geographiae undecim libris periplum, quam optime potuit, conscripsit. Nos vero horum viri commemorati librorum superfluas digressiones et barbarorum Aethiopicas urbes omittentes, in Epitome periplum, nuper inventorum adcurata adiectione auctum,

κέω τοὔνομα εὑρόντα ἐς τὴν ποίησιν ἐσενείκασθαι. Aristotel. de mundo 3: *πέλαγος τὸ μὲν ἔξω τῆς οἰκουμένης Ἀτλαντικὸν καλεῖται καὶ ὁ Ὠκεανος περιῤῥέων ἡμας.* Cic. somn. Scip. I. 6: Omnis enim terra, quae colitur vobis, parva quaedam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Polyb. XVI. 29, 6: *οὐδ' ἐκ τοῦ παρὰ μέν τισιν Ὠκεανοῦ προσαγορευομένου, παρὰ δέ τισιν Ἀτλαντικοῦ πελάγους, δυνατὸν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν εἰσπλεῦσαι, μὴ οὐχὶ διὰ τοῦ καθ' Ἡρακλέους στήλας περαιωθέντα στόματος.* Avieni ora marit. 405:

Hunc usus olim dixit Oceanum vetus
Alterque dixit mos Atlanticum mare.

Illa regio, unde Oceanus in mare nostrum irrumpit, occidens est, atque *πορθμός*, qua intrat, Gaditanum fretum nuncupatur. Praeterea inter Agathemerum et Marcianum necessitudo quaedam haud facile negari nequit. Agathemerus enim libro II. cap. XIV. dicit haec: „*ἡ μεγάλη θάλασσα, καὶ τὴν ὅλην οἰκουμένην περιῤῥέουσα κοινῷ μὲν ὀνόματι Ὠκεανὸς καλεῖται, κατὰ κλίματα δὲ διαφόρους ἔχει ἐπωνυμίας. Ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῖς Ἄρκτοις πᾶς μὲν Ἀρκτικὸς καὶ Βόρειος λέγεται. ἤδη δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν ἀνατολικώτερον Σκυθικὸς Ὠκεανός, τὸ δὲ δυτικώτερον Γερμανικός τε καὶ Βρετανικὸς καλεῖται· ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος σύμπας καὶ Κρόνιον πέλαγος καὶ Πεπηγὸς καὶ Νεκρὸν ἐπωνομάζεται. Ὁ δὲ ὑπὸ τῇ Μεσημβρίᾳ σύμπας μὲν καλεῖται Μεσημβρινός τε καὶ Νότιος Ὠκεανός. Πάλιν δ' αὐτοῦ τὸ μὲν ἀνατολικώτερον Ἐρυθρὰ θάλασσα, τὸ δὲ δυτικώτερον Αἰθιοπικὸς Ὠκεανὸς προσαγορεύεται. Τῶν δὲ λοιπῶν β' κλιμάτων τὸ μὲν κατ' ἀνατολὰς Ἑῷον πέλαγος καὶ Ἰνδικὸς Ὠκεανός· τὸ δὲ κατὰ τὴν δύσιν, ἀφ' οὗπερ ἡ καθ' ἡμᾶς θάλασσα πληροῦται, Ἑσπέριος Ὠκεανός, καὶ κατ' ἐξοχὴν Ἀτλαντικὸν προσαγορεύεται πέλαγος.* Conf. lib. I. 1: *Ὠκεανὸς δὲ διὰ τὸ ὠκέως ἀνύειν κύκλῳ τὴν γῆν.* Agathemerus iisdem autoribus geographicis usus est, quos Marcianus vel edidit, vel in suo periplo componendo adhibuit. Conf. Strabonem lib. I. p. 2—5. II. 100. Haec sunt de interito operis initio monenda; praeterea argumentum peripli primi periisse videtur. Nemini inscriptio peripli primi *τὸ πρῶτον* offendere potest, si cum libri secundi inscriptione *ἐν τῷ δευτέρῳ Μαρκιανοῦ περίπλῳ* componat.

2) *γαιηγράφος* Cod. Palat., quod Hoeschelius et Io. Hudsonus receperunt; *γαιογράφος* Cod. Hervuarti; *γαιωγράφος* malit Hoeschelius, quod pag. 6. legitur. Hoc recepi. Alibi tamen saepe *γεωγράφος*.

3) *Ἐν ἕνδεκα τοῖς τῆς γεωγρ.* Hoeschelius.

4) *ὡς ἂν ἦν.* Item.

5) *μετ' ἀκριβοῦς) ἐρεύνης, φροντίδος, σπουδῆς,* aut simile quid lacunalae inserendum. Hoeschelius. Sed malim cum Dodwello totum legere in hunc mo-

προσθήκης τὸν [2] περίπλουν ἐποιησάμεθα[1], ὡς μηδὲν ἐνδεῖν πρὸς τελειοτάτην σαφήνειαν τοῖς περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γεωγραφίας σπουδάζουσιν τῶν ὠκεανῶν ἑκατέρων τοῦτε ἑώου καὶ τοῦ ἑσπερίου· ὧν τοῖς ἴδησιν[2], ἐφ' ὅσον ἐφικτὸν ἀνθρώποις, ἡ τῶν πολλῶν σπουδὴ καὶ φιλομαθία σαφῆ[3] κατέστησεν, ἐκ τῆς γεωγραφίας τοῦ θειοτάτου καὶ σοφωτάτου Πτολεμαίου[4], ἔκ τε τῆς Πρωταγόρου τῶν σταδίων ἀναμετρήσεως[5], ἣν ταῖς οἰκείαις

clarissimum fecimus, ut nihil ad summam perfectamque evidentiam deesset iis, qui circa eam laborant Geographiae partem, quae spectat ad oceanum utrumque, orientalem et occidentalem. Quorum cognitionem, in quantum concessum est hominibus, plurimorum diligentia et literarum promovendarum studium in apertum retulit, ex Geographia divinissimi et sapientissimi Ptolemaei, atque ex opere Protagorae de dimensione stadiorum, quod

dum: ἐν ἐπιτομῇ σαφέστατον μετ' ἀκριβοῦς ἐφευρηθέντων προσθήκης τὸν περίπλουν ἐποιησάμεθα. Vide p. 6. **Hudsonus.**

1) ἐποιούμεθα Cod. Hervuarti.

2) Lacuna in utroque Cod. sed Palatino, manu haud ita vetere, inscriptum ὡς τοῖς ἴδησιν, corrigo ὡς τὴν εἴδησιν. **Hoeschelius.** **Hudsonus** autem illam emendationem ὧν τὴν εἴδησιν **Hoeschelii** nomine scripsit, atque adiecit: infra autem tam ἴδησιν quam εἴδησιν habemus.

3) σαφῆ lege. **Hoeschelius.**

4) Πτολεμαίου. Mirari subit, quod Cl. Harduinus in Indice auctorum Plinianorum, Ptolemaeum Lagi filium (qui Alexandri res gestas perscripsit) a Marciano hic laudari existimaverit: cum manifestum sit Marcianum non alium indigitare Ptolemaeum, quam Alexandrinum, Geographiae auctorem, quem fere ad verbum plurimis in locis exscripsit. **Hudsonus.**

5) ἔκ τε τοῦ Πρωταγόρου τῶν σταδίων ἀναμετρήσεως. Nihil certi de Protagorae aetate expromi quidem potest, sed eum Strabone iuniorem esse, et fortasse non multo ante Marcianum ipsum vixisse videtur. A Strabone enim nuspiam commemoratur, quamquam Eratosthene aliisque in dimensionibus locorum indicandis usus est. Protagoras autem, cuius nec tempus nec patriam nescimus, plane diversus est a Protagora philosopho vel sophista Teio sive Abderita, quem ex Platonis, Diogenis Laertii aliorumque libris cognoscimus. Photius in conscribenda sua Bibliotheca librum Protagorae, quem iure appellamus iuniorem, obiter quidem exscripsit; attamen ex his excerptis Protagorae librum libros sex habuisse vidimus. Photius dicit (p. 241 ed. Hoeschel., p. 468 ed. Rhodom., p. 145 ed. Bekk.): ἐν τ' αὐτῷ γαρ [δὲ] καὶ Πρωταγόρου γεωμετρίας τῆς οἰκουμένης ἐπιγραφὴν ἔχον, λόγοι ἕξ. ὧν τὰ μὲν πέντε εἰ καὶ μὴ σπουδαίως, καὶ ὡς ὕστερον ἀκριβῶς: ἀλλ' οὖν τὴν τῆς Ἀσίας τὲ καὶ Λιβύης, ἀλλὰ δὲ Εὐρώπης περιήγησιν ποιεῖται· τὸ δὲ ἕκτον, σύστοιχόν πως ἐστὶ τῇ Ἀλεξάνδρου συναγωγῇ· τῶν γὰρ κατὰ τὴν οἰκουμένην δοξολογουμένων ἀναγράφει τὴν ἱστορίαν. ὧν τὰ μὲν εἰς ἀρχαιοτέρους ἀναφέρει, πολλά δὲ καὶ εἰς αὐτοψίαν ἕλκει, οὐκ ἔλαττον τῶν ἄλλων προβαλλόμενα τὸ παράδοξον. ζαφὴς δὲ καὶ οὗτος καὶ κεφαλαιώδης, κατὰ τὸ ἕκτον, τὴν φράσιν μάλιστα.

τῆς γεωγραφίας βίβλοις προστέθεικεν· ἔτι μὲν[6] καὶ ἑτέ(-33)ρων πλείστων ἀρχαίων ἀνδρῶν, τὸν περίπλουν ἀναγράψαντες εἱλόμεθα ἐν βιβλίοις δυσί· τὸν μὲν ἑῷον καὶ μεσημβρινὸν ὠκεανὸν ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ, τὸν δ᾽ ἑσπέριον καὶ τὸν ἀρκτῷον ἐν τῷ δευτέρῳ, ἅμα ταῖς ἐν αὐτοῖς κειμέναις μεγίσταις νήσοις, τῆς τε Ταπροβάνης καλουμένης, τῆς Παλαισιμούνδου λεγομένης πρότερον[7], καὶ ταῖς Βρεταννικαῖς ἀμφοτέραις νήσοις· ὧν τὴν μὲν

apposuit suis Geographiae libris. Quin et [nos] aliorum ex veteribus complurium periplos perscribentes duobus in libris complexi sumus; in priori quidem libro oceanum orientalem et meridionalem, in posteriori vero occidentalem et septentrionalem: una cum maximis, quae in iis sitae sunt, insulis; cum Taprobana quae vocatur, Palaesimundi prius appellata, tum utriusque Britannicis insulis. Quarum primam quidem in medio maris In-

Non dubitamus idem esse Protagoram, quem Marcianus p. 35 et 55, atque Photius ante oculos habuit. In diverso libri titulo, quem Marcianus *γεωγραφία*, Photius autem *γεωμετρία* appellat, nemo offendere potest.

6) *ἔτι μὴν*. Cod. Herv.

7) *Παλλιγεμούνδου*. Lege *πάλαι σιμούνδου*, idque ex Ptolemaeo VII. cap. 4. vide infra p. 9. ubi in Cod. Herv. *σημουνδοῦ*, verum quia paullo inferius *παλαισιμούνδου* una dictione in utroque Codd. exaratum est, quod in Geographia Ortelii quoque ex Arriani Periplo adfertur; inter *διττογραφούμενα* id erit ponendum: sin perperam, in hoc auctore vel *τὸ πάλαι* vel *τὸ πρότερον* redundare dixerim. H o e s c h e l i u s. — Asseritur hic loci, itidemque p. 9 et 26 Taprobanam antiquitus dictam esse *Παλαισιμούνδου* insulam. Auctor vero Peripli maris Erythraei disertim tradit pag. 35, quod insula Palaesimundi a veteribus Taprobana appellata est: cui sententiae favet Io. Vossius in notis ad Melam p. 275 etc. Antiquissima, inquit, huius insulae appellatio, si vera narrant Taprobanensium annales, videtur fuisse L a m c a b vel L a m c a. Postea altera successit appellatio, insulaque ea dicta fuit I l a n a r e, aut, iuxta alios, T r a n a t e. A postremo hoc vocabulo videntur Graeci Taprobanam suam formasse. Iterum deinde mutatum est insulae nomen, nempe postquam Sinae ea potiti sunt, ac dicta *Παλαισιμούνδου*. Salicam quoque postea appellatam fuisse e Ptolemaeo et aliis constat, a populis Salis, qui vulgo G a l e ab indigenis nuncupantur. Novissima denique insulae huius appellatio, quaeque etiamnum obtinet, est S e i l a n vel Z e i l a n. Vide S a l m a s i i Exerc. Plin. LIII. p. 721. et B o c h a r t i Geogr. S. p. 160. H u d s o n u s. — Quae nobis de insula Taprobane animadvertenda videntur, v. infra ad pag. 26. Hoeschelius et Hudsonus hoc loco *Παλλιγεμούνδου* ediderunt, posterior autem *Παλαισιμούνδου* legi praecepit. Conf. tamen Stephanum Byz.: *Ταπροβάνη, νῆσος μεγίστη ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Λύχνος·*

νῆσος τετράπλευρος, ἁλιστέφανος Ταπροβάνη,
θηρονόμων πέπληθεν εὐρρίνων ἐλεφάντων.

ἣ π ά λ α ι μὲν ἐκαλεῖτο Σιμούνδου, νῦν δὲ Σαλική, πλοῦ μῆκος οὖσα ἑπτάκις που χιλίων σταδίων, πλά-

πρώτην κατὰ μεσώτατον τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους κεῖσθαι συνέστηκεν, τὰς δ' ἑτέρας δύο ἐν τῷ ἀρκτῴῳ ὠκεανῷ. εἰδὼς δὲ καὶ ἑτέρους τῶν παλαιῶν περὶ τὴν τοιαύτην σπουδάσαντας ὑπόθεσιν, καὶ τοὺς μὲν[8] μερικάς τινας ποιησαμένους τὰς διηγήσεις, τοὺς δὲ καὶ πλειόνων ἁψαμένους τόπων· πολλὴν ἐθέμην φροντίδα, μηδενὸς τούτων ὀφθῆναι δεύτερος,[3] τὴν ἀκρίβειαν τῶν ῥηθησομένων τῆς ἡμετέρας περὶ τοῦτο σπουδῆς ἐναργὲς ἐλπίδας[1] ἔσεσθαι γνώρισμα· τοῦ δὴ χάριν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς γινομένης περὶ τὴν ἀναμέτρησιν τῶν σταδίων διαφωνίας, ᾠήθην δεῖν παραστῆσαι τοῖς ἐντευξομένοις[2], τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τὸ ἀκριβὲς οὐκ ἐν ταῖς θέσεσι τῶν τόπων μόνον καὶ πόλεων καὶ νήσων ἢ λιμένων[3] ἐχούσης, ἀλλὰ πρό γε πάντων ἐν τοῖς

dici positam esse constat, alteras vero duas in Oceano septentrionali. Quum autem noverim alios veterum idem tenuisse institutum; atque hos quidem particulares quasdam fecisse descriptiones, illos vero plura [leviter] attigisse loca; in hoc magna cogitatione incubui, ne horum aliquo inferior esse viderer: spem concipiens, accurationem, quam in dicendis adhibiturus sum, meae hac in re diligentiae clarum fore argumentum. Quam sane ob rem muneris mei esse existimabam, causam varietatis ac dissensionis de studiorum dimensione legentibus ob oculos ponere: cum huiusmodi institutum tum demum accuratum sit quum non solum locorum, urbium, insularum et portuum situm exhibet,

τος δὲ πεντακοσίων. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ Ἀρτεμίδωρος ἐννάτῳ γεωγραφουμένων. In periplo Maris Erythraei, qui Arriani nomen habet, p. 35. ed. Hudson leguntur haec: πρὸς ἀνατολὴν τοῦ πλοὸς ἀπονεύοντος, εἰς πέλαγος ἔκκειται πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν, νῆσος λεγομένη Παλαισιμούνδου, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις αὐτῶν Ταπροβάνη. In editione Basileensi legitur πάλαι σιμούνδου, ut et in libb. vulgatis Ptolemaei. In Agathemeri geographia lib. II. cap. VI: ἔστι δὲ καὶ τῆς ἠπείρου ταύτης κατὰ μὲν τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος μεγίστη νῆσος, ἡ πάλαι μὲν Σιμοῦνδα καλουμένη, νῦν δὲ Σαλική. Lectio ἢ πάλαι ἐκαλεῖτο Σιμοῦνδου, et quae similis est πάλαι μὲν Σιμοῦνδα καλουμένη verum continere videtur. Marcianus errore verisimiliter lapsus est, et πρότερον prorsus redundat. Praeterea cum Agathemero Σιμοῦνδα legendum esset, si quid mutandum.

8) Corrigo τοὺς μὲν. Huds.

1) Ἐλπίσας. Hoeschel.

2) Cod. Herv. τῆς γὰρ τοιαύτης, ut haec sit nova periodus. Hoeschel. — Ὑποστικτέον post ἐντευξομένοις, ita ut nova periodus incipiat ab ἀκόλουθον οἶμαι, non a τῆς τοιαύτης ut censet Hoeschelius, qui legit τῆς γὰρ τοιαύτης. Hudson. — Ex Hoeschelii verbis, quae integra proposuimus, ea non satis accurate Hudsonum legisse apparet. Hoeschelius nihil nisi codicis lectionem, et non sententiam suam indicavit. Huc etiam spectant, quae loco plane importuno Hoeschelius p. 99 sq. et Hudson. p. 66. ediderunt; ea nos introductioni ad librum peripli secundum adiecimus.

3) Hudsonus non male coniecit καὶ λιμένων, quam lectionem in

σταδίοις καὶ ταῖς τῶν χωρίων διαμετρήσεσιν· ἀκόλουθον οἶμαι λόγον(33) ἐρεῖν, καὶ τοῖς βουλομένοις κατὰ φύσιν σκοπεῖν τὴν ἐν τῷ περίπλῳ τῆς θαλάττης ἀναμέτρησιν ἀληθῆ φανησομένην, καί τοι γε τῶν περὶ τούτων σπουδασάντων οὐδενὸς ἐπισημηναμένου τοῦτο, ἀλλ᾽ ὥσπερ σχοινίῳ διαμεμετρημένης τῆς θαλάττης, οὕτω τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων ἀπαγγειλάντων· φημὶ δὲ [4] οὐκ ἐν ἅπασι τοῖς τῆς θαλάττης μέρεσι ῥάδιον εἶναι τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν πρὸς τὸ ἀκριβέστατον ἀνευρεῖν· ἀλλ᾽ εἰ μὲν νηῶν τις [5] εὐθεῖα τυγχάνει, μήτε κοιλότητας μήτε ἐξοχὰς ἔχουσα, τοῦ παρὰ ταύτην γινομένου πλοῦ τὴν ἀναμέτρησιν ὡς ἐπὶ πᾶν ῥαδίαν εἶναι· τῶν δὲ κόλπων καὶ τῶν ἀκρωτηρίων, ἤτοι χεῤῥονήσων τὸν περίπλουν οὐ δυνατὸν ἀκριβῆ παραστῆσαι. οὐ γὰρ καθ᾽ ὁμολογουμένων [6] τόπων ὥσπερ ἐπὶ τῆς γῆς [4] διὰ τῶν λεωφόρων τὴν ὁδοιπορίαν ποιοῦνται, οὕτω κ᾽ ἐπὶ τῆς θαλάττης τὸν πλοῦν ἀνύουσιν· ὑποκεῖσθαι [1] γὰρ λόγου χάριν κόλπος κατὰ τὸν αἰγιαλὸν αὐτὸν ἐν περιγραφῇ σταδίων ρ´ ὑπάρχων· τοῦτον

sed in primis stadia et regionum dimensiones. Consequens esse puto ut aliquid dicam et in gratiam illorum, qui eam, ut natura fert, perspectam habere volunt maris in periplo dimensionem, quae proxime ad veri speciem accedat: quanquam nemo illorum, qui hisce operam dederunt, hoc ipsum observaverit, sed ita stadiorum numerum indicaverit, ac si funiculo mare esset dimensum. Dico enim haud ita facile esse, numerum stadiorum in omnibus maris partibus accuratissime investigare: sed, si littus aliquod in rectum porrigatur, nec cavitates nec prominentias habens, navigationis secundum hoc peractae dimensionem non omnino difficilem esse. Sinuum vero et promontoriorum sive peninsularum periplum ad amussim exigere haud possibile est; non enim per loca certa et explorata, ut terra per vias publicas itinera faciunt, ita mari navigationem conficiunt [homines.] Nam sumatur exempli gratia sinus, qui in circuitu per littus ipsum sit stadiorum 100. hunc si quis prope et iuxta littus ipsum

textu recepimus, loco ἢ λιμένων, quod Hoeschelius eumque sequutus Hudsonus edidit.

4) φημὶ δὴ Cod. Herv. Hoeschel. δὴ mutavit Hoeschelius in δὲ, quod deinde reliqui editores Marciani receperunt.

5) Nonnulli legunt ἀλλ᾽ εἰ μὲν νήσων τις. Sed ἠϊών τις malim cum Salmasio in Exercitat. Plin. p. 550. Hudson. Hoeschelius et Hudsonus habent νηῶν.

6) Lege καθωμολογημένων τόπων ὥσπερ. Hoeschel. — Potius διὰ καθομολογουμένων τόπων. Hudson. Editor Viennensis, qui Neograecus esse videtur, Hoeschelii lectione proposita, dicit: „ἔοικε δὲ μᾶλλον ἐκ τοῦ ἑπομένου, Διὰ τῶν λεωφόρων, κἀνταῦθα οὕτω γραπτέον, Οὐ γὰρ διὰ καθομολογουμένων .... ὥσπερ .... διὰ τῶν λεωφόρων.“ Haec coniectura probabilis est, nosque prae ceteris placet.

1) κἀπὶ Cod. Herv.

εἰ μέν τις πλησίον καὶ παρ' αὐτὴν ἠϊόνα περιπλέοι· ἐλάττονας μὲν[3] εὑρήσει σταδίους τοῦ κατ' αὐτὸν τὸν αἰγιαλὸν βαδίζοντος, τῆς δὲ ἀληθείας οὐ πολὺ διαμαρτήσει· εἰ δέ τις ἐνδοτέρῳ περιπλεύσειε τὸν αὐτὸν κόλπον, ἥττονας τοῦ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν πλεύσαντος εὑ(-34)ρήσει σταδίους· καὶ τοῦτο τοσαυτάκις[4] ἂν εὕροι, ὁσάκις ἂν εἰς βραχύτερον περιάγοι τοῦ περίπλου τὸν κύκλον· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν περιφερειῶν, εἴ τις μετὰ τὴν ἔξωθεν γραμμὴν ἑτέραν ἔνδοθεν περιγράψειεν περιφέρειαν[5], τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαν καὶ πάλιν ἄλλην, καὶ μετὰ ἐκείνην ἑτέραν· ἡ δευτέρα περιφέρεια ἐλάττων εὑρεθήσεται τῆς προτέρας· καὶ πάλιν ἡ τρίτη τῆς δευτέρας, ὁμοίως καὶ ἡ τετάρτη τῆς τρίτης, καὶ ἀκολούθως οὕτω γινόμεναι δεικνύοιντο ἂν εἴτις ἐφεξῆς τοῦτο ποιοίη· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν κόλπων, καθάπερ ἔν τινι περιγραφῇ περιφερειῶν, ἔξεστι τοῖς περιπλέουσι καὶ διὰ πλειόνων σταδίων ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, καὶ δι' ἐλαττόνων[6]· τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῶν διάπλων σαφὲς ἂν κατασταίη· εἰ γάρ τις [ἐθέλει] μὴ περιπλεῖν[7],

circumnaviget, pauciora quidem inveniet stadia, quam qui per littus ipsum incedit: sed a veritate non multum aberravit. Si quis vero interius hunc ipsum sinum circumvehatur, stadia adhuc pauciora numerabit, quam qui iuxta littus navigaverit et [numerum sensim imminui] toties comperiet, quoties breviorem peripli circumducat circulum. Ut enim in circumferentiis, si quis post lineam exteriorem, alteram intus describat circumferentiam, eosdem terminos habentem, et rursus alteram, aliamque post illam; secunda circumferentia priori minor invenietur, et rursum tertia secunda, similiter et quarta tertia: et, si lubet ulterius rem prosequi, quae deinceps factae erunt idem plane monstrabunt. Sic in circuitione sinuum, eodem fere, modo ac in ductu circumferentiarum, licet circumnavigantibus pluribus et paucioribus stadiis cursum peragere. Hoc autem ex navigationibus manifesto liqueat. Nam si quis non circumvehatur, sed

2) Lege ὑποκείσθω γάρ, λόγου χάριν. Hoeschel.

3) Lege μέν. Hoeschel. Hudsonus tuebatur lectionem codicum μές, sed nos cum editori Viennensi recepimus Hoeschelii μέν.

4) Lege τοσαυτάκις Hoeschel. — Mox ὡσάκις edidit Hoeschelius; Hudsonus autem ὁσάκις, quem editor Viennensis et nos sequuti sumus.

5) περιφέρειαν. Hoeschel. Codd. περιφερείαν.

6) ἐλαττόνων. Hoeschelius, quod editor Vien. et nos recepimus. Codd. ἐλειττόνων.

7) Recte vidit Hudsonus, post verbum περιπλεῖν, excidisse ἐθέλει, aut simile quid. Nos hoc verbum adiecimus.

ἀλλὰ διαπλεῖν ἐπ' εὐθείας, βραχύτατος ἂν ὁ διάπλους ὀφθείη, ὥστ' εἰκότως ἐπὶ τῇ τῶν περιπλεόν[-5]των κεῖσθαι γνώμῃ τὸν ἀριθμὸν τῶν παλαιῶν ἐν τοῖς κόλποις καὶ τοῖς ἀκρωτηρίοις· διὰ δὴ τοῦτο συμβαίνει, τοὺς μὲν ἄλλως ἀναμετρῆσαι, τοὺς δὲ ἑτέρως· ἄξιον οὖν συγγνώμης τὸ περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων εὑρισκόμενον πταῖσμα, πλὴν εἰ μή που παρὰ πολὺ τοῦτο γίνοιτο, ἐπεὶ καὶ ἄλλως παρὰ πᾶσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῖς παλαιοῖς, ὅσοι περίπλους γεγράφα(-35)σιν[1], ἐπὶ πασῶν τῶν θαλαττῶν τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν οὐκ ἄν τις εὕροι συνάδοντα· τῆς δὲ τοιαύτης διαφωνίας τὰς αἰτίας μακρὸν ἂν εἴη λέγειν[2]· οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, ἐθνῶν μὲν καὶ πόλεων παραθαλαττίων καὶ ἐπινείων τὴν[3] ἑσπέραν εἰσέχει, ἀπὸ τοῦ καλουμένου Ἀτλαντικοῦ πελάγους τὴν εἰσροὴν ἔχουσα, καὶ ἐπὶ πολὺ χωρεῖ εἴσω τῆς ὡς πρὸς τὰς γῆς, ἀνὰ[4] μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, ὅς ἐστιν ἐν τῷ Κιλικίῳ ἔθνει· ἔστι δ' ὁ εἴσπλους αὐτῆς στενώτατος κατὰ τὰς λεγομένας Ἡρακλέους στήλας, ἤτοι Ἡράκλειον πορθμὸν, σταδίων ὑπάρχων π'· καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ κόλπου τούτου ἤτοι τῆς θαλάττης τὸ στόμα· ἑτέρωθεν γὰρ οὐκ ἄν τις ἐκπλεύσειεν ἀπὸ

recta naviget; navigatio haec brevissima apparebit: adeo ut numerus veterum in sinubus et promontoriis merito pendeat a proposito circumnavigantium. Propter hoc accidit nonnullos quidem uno modo dimetiri, alios vero alio. Venia ideo dignum est erratum, quod in numero stadiorum reperitur, nisi quando valde grave esse contigerit: quoniam et aliter veterum plerosque, quotquot periplos scripserunt, de numero stadiorum maria per omnia non adeo inter se convenire deprehendamus. Huiusmodi autem varietatis causas et origines longum esset persequi. His vero ita se habentibus, gentibus nimirum et civitatibus maritimis et navalibus: [oceanus exterior] ad occidentem irrumpit, influens e pelago, quod Atlanticum vocatur, et longe intra terras progreditur quasi orientem versus, ad sinum usque Issicum, qui in provincia Cilicia est. Introitus eius angustissimus est iuxta columnas Herculeas appellatas, sive fretum Herculeum, latitudine patens stadia 80. et hoc est sinus huius sive maris ostium. nam

1) Post verba περίπλους γεγράφασιν Hudsonus deleri iubet punctum ponique comma; sed ille ipse sequutus est Hoeschelii lectionem. Editor Vien. autem Hudsoni propositionem recepit.

2) Sic legit Cl. Dodwellus: οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, ἐθνῶν μὲν, καὶ πόλεων παραθαλαττίων, καὶ ἐπινείων· [ἡ μὲν ἔξω θάλασσα κατὰ] τὴν ἑσπέραν εἰσέχει, ἀπὸ τοῦ καλουμένου Ἀτλαντικοῦ πελάγους τὴν εἰσροὴν ἔχουσα, καὶ ἐπὶ πολὺ χωρεῖ εἴσω τῆς γῆς ὡς πρὸς τὰς ἀνατολὰς μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου. Huds.

3) ἐς πέραν Cod. Herv. Hoesch.

4) Lege τῆς γῆς ὡς πρὸς τὰς ἀνά. Hoeschel.

τῆς ἔσω θαλάσσης εἰς τὸν ὠκεανὸν, πλὴν διὰ τοῦ εἰρημένου Ἡρακλείου πορθμοῦ· ἐκτείνεται δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς[5] αὕτη θάλασσα καὶ μέχρι τῆς Αἰγύπτου, ἥτις ὑπόκειται τῇ μεσημβρίᾳ, ὡς ἀντικεῖσθαι τῷ Ἀραβίῳ κόλ[-6]πῳ τὸ κατὰ ἡμᾶς καλούμενον Αἰγύπτιον πέλαγος, καὶ γίνεσθαι μέγαν ἰσθμὸν τὴν μεταξὺ γῆν τοῦτε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος θαλάσσης· τὸν μὲν οὖν περίπλουν τῆς θαλάττης ταύτης διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν ιά βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ γαιωγράφου σαφῆ κατεστήσαμεν, ὡς προείρηται· τῶν δὲ (36) ἔξω θαλασσῶν ἤτοι ὠκεανῶν ἑώου τε καὶ ἑσπερίου, οἰκεῖον ὑποστάντες πόνον, τὸν περίπλουν ἀναγράψαι προειλόμεθα. Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Κυρηναῖος τὴν μεγίστην περιφέρειαν τῆς ἐγνωσμένης ἁπάσης γῆς εἶναι λέγει σταδίων μ. κέ καὶ ͵β.[1] οὕτω δὲ καὶ Διονύσιος ὁ

ex altera parte non datur alicui enavigare ab interiori mari ad oceanum, nisi per fretum Herculeum dictum. Mare autem nostrum extenditur usque ad Aegyptum, quae meridiei subiecta est: adeo ut ex adverso sinui Arabico iaceat mare, quod nos versus Aegyptium dicitur; et magnus fiat isthmus e terra, quae a sinu Arabico ad nostrum usque ex hac parte pertingit mare. Periplum igitur huius maris in Epitome undecim librorum Artemidori Geographi perspicue complexi sumus, ut ante dictum est: marium vero exteriorum, sive oceani orientalis et occidentalis periplum de proprio perscribere maluimus. Eratosthenes quidem Cyrenaeus dicit maximum totius terrae cognitae circuitum esse stadiorum 252000. similiter autem et Dionysius Diogenis filius

5) ἐκτείνεται δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς legi proposuit Hoeschelius, sed ipse in textu retinuit codicum lectionem δὲ ὁ καθ', quem deinde recepit quoque, ut solet, Hudsonus. Editor Vien. legit ἡ... θάλασσα; hoc etiam nos placuit.

6) ἀντικεῖσθαι scribi iubet Hoeschelius, loco ἀντίκεῖσθαι, quod habent codd. Illud tacite recepit Hudsonus.

1) καὶ θσ'. Legendum censeo σταδίους μ. (quod passim myriadas designat) κέ καὶ ͵βσ', vel potius σταδίων μ. κέ. καὶ ͵β. nam maximus terrae circuitus, ut Eratosthenes Geometrica ratione collegit, est stadiorum 252000; teste Plinio, Strabone, Censorino. Vide libellum ipsum Eratosthenis περὶ μέτρου τῆς γῆς περιφερείας excusum Oxonii 1672 [8. una cum Arati Phaenomenis aliorumque libellis p. 37 sq.] Hudson. — Hanc circuitus magnitudinem ex Eratosthenis ratione geometrica alii scriptores veteres referunt. Sunt quidem Hipparchus in scholiis ad Aratum, et Strabo, qui prae ceteris Eratosthenis libros diligentissime in manibus habuit, deinde Geminus, Vitruvius, Plinius, Censorinus, Marcianus Capella, et Cleomedes, cuius nomen, nunc emendata lectione Letronnii Galli sagacitate, nos adiungere possimus. Ex Strabonis autem verbis vidimus, non omnes Eratosthenis mensuram probasse; dicit enim Lib. I. p. 62: „εἰ δὲ τηλικαύτη, ἡλίκην αὐτὸς εἴρηκεν, οὐχ ὁμολογοῦσιν οἱ ὕστε-

τοῦ Διογένους ἀναμεμέτρηκεν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ θειότατος τῇ μὲν

dimensus est. Ptolemaeus vero divinissimus, Eratosthene, licet

ρον, οὐδ' ἐπαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν· ὅμως δὲ πρὸς τὴν σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἑκάστας φαινομένων προςχρῆται τοῖς διαστήμασιν ἐκείνοις Ἵππαρχος, ἐπὶ τοῦ διὰ Μερόης καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Βορυσθένους μεσημβρινοῦ μικρὸν παραλλάττειν φήσας παρὰ τὴν ἀλήθειαν. Καὶ περὶ τοῦ σχήματος δ' ἐν τοῖς ἑξῆς διὰ πλειόνων." Et libro II. p. 113: „Ὄντος δὴ κατ' Ἐρατοσθένη τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου σταδίων μυριάδων πέντε καὶ εἴκοσι καὶ δισχιλίων, τὸ τεταρτημόριον εἴη ἂν ἓξ μυριάδες καὶ τρισχίλιοι· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ τὸν πόλον, πεντεκαίδεκα ἑξηκοντάδων, οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς ἑξήκοντα." Plinii autem verba sunt lib. II. sect. 112: „de longitudine ac latitudine haec sunt, quae digna memoratu putem: Universum autem hunc circuitum Eratosthenes, in omnium quidem litterarum subtilitate, et in hac utique praeter ceteros solers, quem cunctis probari video, ducentorum quinquaginta duorum millium stadium prodidit. Quae mensura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia pass. Improbum ausum: verum ita subtili argumentatione comprehensum, ut pudeat non credere. Hipparchus et in coarguendo eo, et in reliqua omni diligentia mirus, adiicit stadiorum paullo minus XXV. millia." De reliquis locis v. Gossellinii liber: Géographie des Grecs analysée p. 7. Quod attinet ad Cleomedem, in omnibus eius operis editionibus ante Balfureum legimus lib. II. cap. I. p. 86: Ἐπεὶ οὖν ἡ γῆ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων καὶ σταδίων τεσσαράκοντα κατὰ τὴν Ἐρατοσθένους ἔφοδον, τὸν μέγιστον ἔχει κύκλον, δεῖ τὴν διάμετρον αὐτῆς πλέον ἢ ὀκτὼ μυριάδων εἶναι. Balfureus omisit verbum τεσσαράκοντα, sed nullo iure adiutus est. Bake et Schmidt, novissimi editores Cleomedis legunt: εἴκοσι μυριάδων σταδίων, κατὰ κ. τ. λ. Letronnius, in his difficillimis rebus omnium facile peritissimus, vitium vidit et sanavit. In codice enim Parisino saeculi tertii decimi, qui Cleomedem continet, hoc loco legitur: ἐπεὶ οὖν ἡ γῆ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων καὶ σταδίων μ̄. Littera μ̄ est numèro 40, sed hic nihil momenti; sed saepissime in codicibus describendis scriptores commutarunt litteras μ et β. Itaque Letronnius emendavit illum locum sic: „πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων καὶ σταδίων ͵β, quod significat δισχιλίων. v. Letronnii dissertationem gallice scriptam: De terrae mensionibus, quas Geometri Alexandrini fecerunt, insertam collectioni: Mémoires de l'institut royal de France Académie des Inscriptions et Belles Lettres T. VII. (Paris 1822, 4) p. 261 sqq. et germanice per S. F. G. Hoffmannum versam sub titulo: Letronne's Untersuchung über die Erdmessungen der Alten, una cum Levellii libro: Pytheas und die Geographie seiner Zeit. Lips. 1838, 8. p. 110 sqq. Ex his omnibus satis constat, Eratosthenis mensuram terrae esse 252000 stadia, et non alio numero posse comprehendi. His rationibus motus lectionem mutavimus. — Dionysius, quem Marcianus hoc loco commemorat, fortasse idem est, qui alias Dionysiodorus appellatur. Conf. Plinii hist. rat. lib. II. sect. 112. Dionysiodori computationem circuitui terrae eandem ac Eratosthenis fuisse docet Plinius. Ex his rebus apparet, Dionysium Marciani esse posse Plinii Dionysiodorum. Dionysius fuit fortasse filius Dioge-

πείρᾳ καὶ ἀληθεῖ παιδεύσει πρεσβύτερος, τοῖς δὲ χρόνοις Ἐρατοσθένους νεώτερος, σταδίων μὲν ιη΄ [2] τὴν γῆν ἀπέδειξεν εἶναι, καὶ τοῦ μὲν πλάτους εἶναι τῆς γῆς συνέστηκεν β΄ μοίρας [3] μεσημβρινὰς, τοῦ δὲ μήκους ρπ΄. ἐν τούτῳ δὲ τῷ μέτρῳ περιέχεται ἡ οἰκουμένη, εἰς τρεῖς διαιρεθεῖσα τομὰς ἠπείρων, εἴς τε Ἀσίαν καὶ Λιβύην καὶ Εὐρώπην, ὥσπερ ἅπασιν ἔγνωσται· τὴν μὲν οὖν Εὐρώπην ἀπὸ τῆς Λιβύης διορίζει τὸ κατὰ Γάδειρα στόμα τοῦ ὠκεανοῦ, ὅπερ Ἡράκλειον καλοῦσι πορθμὸν, δι' οὗ τὴν εἰσροὴν τὸν ὠκεανὸν εἰς τὴν ἡμετέραν ποιεῖσθαι θάλασσαν [4] προείπομεν· καὶ [7] πάλιν ὁ Τάναϊς ποταμὸς, ὅστις τὴν Εὐρώ-

annis iunior, experientia tamen et vera doctrina senior, terram stadiorum esse 180000 demonstravit: et quidem 80 gradus meridionales latitudinis habere ostendit, longitudinis vero 140. Hoc autem modo ambitur terra habitabilis, divisa in tres continentum plagas, in Asiam, Libyam, et Europam, prout omnibus notum est. Europam quidem a Libya separat ostium oceani iuxta Gades, quod fretum Herculeum appellant, per quod oceanum in nostrum mare influere prius diximus: et rursum [eum terminat] Tanais fluvius, qui Europam ab Asia similiter separat

nis, quem Ptolemaeum in Geographia lib. I. cap. 9 commemorat.

2) Forsan σταδίων μὲν μ. ιη΄. vel σταδίων μ. ιη΄. Hudsonus. Verum cl. vir vidit; conferre autem potuit locum ipsum ex Ptolemaei geographia, lib. VII. cap. 4, ubi legimus: ὡς τῆς μὲν μιᾶς μοίρας πεντακοσίους περιεχούσης σταδίους, ὅπερ ἐκ τῶν ἀκριβεστέρων ἀναμετρήσεων κατελήφθη· τῆς δὲ ὅλης γῆς περίμετρον μυριάδων ιη΄. Libro I. cap. 7 exprimit numerum hoc modo: ἐπὶ τοίνυν τοῦ πλάτους πρῶτον ὑποτίθεται μὲν καὶ αὐτὸς τὴν Θούλην νῆσον ὑπὸ τὸν παράλληλον τὸν ἀφορίζοντα τὸ βορειότατον μέρος τῆς ἐγνωσμένης ἡμῖν γῆς, τὸν δὲ παράλληλον τοῦτον ἀποδείκνυσιν ὡς ἔνι μάλιστα ἀπέχοντα τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας ξγ΄, οἵων ἐστὶν ὁ μεσημβρινὸς κύκλος τξ΄, σταδίους δὲ τρισμυρίους χιλίους πεντακοσίους, ὡς τῆς μιᾶς μοίρας πεντακοσίους ἔγγιστα σταδίους περιεχούσης. Hanc computationem Theon quidem initio commentarii ad Ptolemaei Almagestum Ptolemaeo ipso adscribit, sed certo ex numeris antea iam ab Eratosthene et Posidonio editis derivavit.

3) π΄ μοίρας et mox ρμ΄ legendum censet Cl. Dodwellus. a errore facillimo mutato in μ pro β, transpositisque β et π. Huds. Accipies priorem emendationem, si conferas locum Ptolemaei geographiae lib. I. cap. 10., alteram autem Dodwelli mutationem reiicies, si legas Ptolemaei geographiam lib. VII. cap. 5, ubi geographus extensionem terrae cognitae sub praecipuis parallelis in longitudinem exponit. Hoc loco habent codd. numerum: μυριάδων ὀκτὼ ἑξακισχιλίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν sive μυρ. ὀκτὼ ἑξακ. τλγ΄. Retinendum igitur est ρπ΄.

4) θάλασσαν emendavit Hoeschelius; in textu ab eo edito θάλασσον errore fortasse typographorum legimus. Conf. p. 1 init.

πην ἀπὸ τῆς Ἀσίας ὁμοίως κατὰ τὸ ἀρκτῷον διορίζει μέρος, εἰς τὴν Μαιῶτιν ἐκβάλλων λίμνην, ἥτις[1] *εἰς τὸν Πόντον ἐξίησι τὸν καλούμενον Εὔξεινον· τὴν δὲ Λιβύην σὺν τῇ Ἀσίᾳ διορίζει, ἀπὸ μὲν τῆς Εὐρώπης ὁ προειρημένος Ἡράκλειος πορθ*(-37)*μός· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀσίας τὸ καλούμενον Κανωβικὸν τοῦ Νείλου στόμα· τὴν δὲ Ἀσίαν πρὸς μὲν τὴν Εὐρώπην διορίζει ὁ προειρημένος Τάναϊς ποταμὸς, πρὸς δὲ τὴν Λιβύην τὸ ποῤῥηθὲν*[2] *Κανωβικὸν τοῦ Νείλου στόμα, καθὰ προειρήκαμεν· ἡ τοίνυν*[3] *καθ' ἡμᾶς θάλασσα, καὶ συνάπτουσα τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ, διὰ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ περιγράφει τὰς τρεῖς Ἠπείρους, τόνδε τὸν τρόπον, τῆς μὲν Εὐρώπης, περιπλεομένων τῶν*[4] *κατ' αὐτὴν κόλπων ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ, ἡ παράλιος χώρα τὴν ἀρχὴν ἔχει ἀπὸ τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ, καὶ καταλήγει ἐπὶ τὸν Ἡράκλειον*[5] *πορθμὸν, καὶ τὰ Γάδειρα τὴν νῆσον, καὶ ἔστιν ὁ σύμπας αὐτῆς περίπλους σταδίων μ. γ'*[6] *καὶ θ'*[7]*. τῆς δὲ Λιβύης ἀπὸ Τίγγι πόλεως μέχρι τοῦ Κανωβικοῦ τοῦ Νείλου στόματος ὁ παράπλους ἐστὶ σταδίων μ'*[8] *ἓξ καὶ σπ'. τῆς δὲ Ἀσίας*

ad partem septentrionalem, [sese] exonerans in Maeotidem paludem, quae transit in Pontum Euxinum appellatum: Libyam vero una cum Asia ab Europa quidem disterminat praedictum fretum Herculeum; ab Asia vero Nili ostium Canobicum appellatum: Asiam autem ab Europa dividit praefatum Tanais flumen; a Libya vero praedictum Canobicum Nili ostium, ut prius memoravimus. Nostrum igitur mare coniunctum oceano occidentali per fretum Herculeum has tres continentes circumscribit in hunc modum. Europae quidem, sinubus eius qui ad nostrum mare patent circumnavigatis, regio maritima incipit a Tanai fluvio, et desinit ad fretum Herculeum et Gades insulam: et universus eius periplus est stadiorum 30009. Libyae autem praeternavigatio a Tingi civitate usque ad Canobicum Nili ostium est stadiorum 60280. Asiae vero cum Aegypto praeternavigatio a Ca-

1) *ἥτις* edidit, sed *ἥτις* emendavit Hoeschelius.

2) Hoeschelius edidit *προρηθὲν*, Hudsonus legi vult *ποῤῥηθέν*, quod editor Geographorum veterum Vien. recepit.

3) *προειρήκαμεν. ἡ τοίνυν*, loco *προειρήκαμεν, ἤτοι νῦν*, quae in Hoeschelii et Hudsoni editionibus, mutavit Hoeschelius.

4) Illa *περιπλεομένων τῶν* usque ad *ἡ παράλιος* parenthesi includenda existimo. Hudson.

5) Errore typographorum, ut videtur, in Hoeschelii editione legitur *Ἡράκειον*, loco *Ἡράκλειον*, quod editor ipse in notis corrigit.

6) *σταδίων μ.* notae numerorum in mss. M̄ Λ̌. Hoeschel.

7) Incertum utrum *θ* scribendum an *θ'*. Hudson.

8) *ἐστὶ σταδίων μ. τὸ μ.* simili ratione cum lineola et duobus punctis accipiatur pro *ἓξ* in Cod. Herv. *δῥ*.

σὺν τῇ Αἰγύπτῳ, ἀπὸ τοῦ Κανωβικοῦ τοῦ Νείλου στόματος μέχρι τοῦ ποταμοῦ Ταναΐδος[9] *ὁ παράπλους ἐστὶ σταδίων μ. ϛ′*[10] *καὶ ρά. ἡ τοίνυν σύμπασα χώρα τῆς παραλίου θαλάσσης τῆς καθ' ἡμᾶς ἐστιν,*[8] *ἤτε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Ἀσίας στάδια μ. ιγ′. θύ. ἔστι δὲ πρώτη μὲν τῶν ἠπείρων μεγέθους ἕνεκεν ἡ Ἀσία, δευτέρα δὲ ἡ Λιβύη, τρίτη δὲ ἡ Εὐρώπη· τῶν δὲ τριῶν θα*(-38)*λασσῶν τῷ μεγέθει τυγχάνει πρώτη μὲν ἡ κατὰ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος· δευτέρα δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς, ἡ μεταξὺ Λιβύης καὶ Εὐρώπης, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ Γαδείρων ἤτοι τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ, διήκουσα δὲ μέχρι τῆς Ἀσίας· τρίτη δὲ ἡ Ὑρκανία· μέγεθος δὲ τῆς οἰκουμένης, τὸ μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν ἀναμετρεῖται σταδίων μ. ζ′. ,ηφμέ*[1]. *τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀπὸ Γάγγου ποταμοῦ ἐκβολῶν τοῦ ἐν Ἰνδοῖς ἀνατολικωτάτου*

nobico Nili ostio usque ad flumen Tanaim est stadiorum 60101. Universa igitur regio Europae et Libyae et Asiae, quam mare nostrum alluit, est stadiorum 139400. Ex [tribus] autem continentibus magnitudine quidem Asia est prima: sed proxima, Libya: tertia vero, Europa. At inter tria maria magnitudine primum est illud, cui [ab ortu] continuum est Indicum pelagus; secundum vero nostrum, quod interfluit Europam et Libyam, incipiens quidem a Gadibus sive freto Herculeo, et usque ad Asiam pertingens; sed tertium Hyrcanium. Terrae autem habitabilis magnitudo ab ortu quidem ad occasum computatur esse stadiorum 708545. haec vero est, ab ostiis Gangis fluvii, qui fluviorum apud Indos maxime orientalis est, usque ad maxime occi-

9) Lege *ποταμοῦ τοῦ Ταν.* Hoeschel.

10) Hic et mox *τὸ μ* eadem insignitur nota, qua prius: *τὸ ϛ′* autem et *ιγ* duobus et hemicyclis in capite Hoeschel. — In editione Vienn. verba: *ὁ παράπλους ἐστὶ ..... τοῦ Νείλου στόματος* omissa sunt.

1) *σταδίων μ.* Hic in utroque Cod. duo puncta rectae lineae sunt subiecta: sed *τὸ ζ.* illa habet hemicyclia, ut et in sequentibus *τὸ θ, δ,* et *γ.* Hoeschel. Scribe *σταδίων μ. ζ. ηφμι.* Hudsonus. Verum vidit vir cl. Adiiciendum esse punctum numero apparet ex computatione Eratosthenis, Hipparchi, Strabonis, quorum primus docet (Strabo I. p. 64.) latitudinem terrae *ὑπεραίρειν δὴ τῶν ἑπτὰ μυριάδων ὀκτακοσίοις. δεῖν δὲ ἔτι προσθεῖναι τὸ ἐκτὸς Ἡρακλείων στηλῶν κύρτωμα τῆς Εὐρώπης, ἀντικείμενον μὲν τοῖς Ἴβηρσι, προπεπτωκὸς δὲ πρὸς τὴν Ἑσπέραν, οὐκ ἔλαττον σταδίων τρισχιλίων· ..... Προστίθησι τοῖς εἰρημένοις τοῦ μήκους διαστήμασιν, ἄλλους σταδίους δισχιλίους μὲν πρὸς τῇ δύσει, δισχιλίους δὲ πρὸς τῇ ἀνατολῇ, ἵνα σώσῃ τὸ, ἔλαττον ἢ ἥμισυ τοῦ μήκους τὸ πλάτος εἶναι.* Conf. lib. II. p. 83. p. 116. Conf. etiam Agathemer. l. II. 13. Alter autem scriptor terrae longitudinem dicit esse 70000 stadia, latitudinem autem 46200 stadia; posterior plerumque cum Eratosthene consentit. Marinus Tyrius cognitae atque habitabilis terrae latitudinem oc-

ποταμοῦ ἐπὶ τὸ δυτικώτατον τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται μὲν ἱερὸν ἄκρον, τῆς δὲ Ἰβηρίας ἐστὶ τοῦ Λυσιτανῶν ἔθνους· τούτου[2] δὲ Γαδείρων ἤτοι τῶν Ἡρακλέους στηλῶν δυτικώτατον[3] τυγχάνει ὡς στάδια ϑ'. τοῦ δὲ πλάτους ἡ εὐθεῖα, ἣ πλατυτάτη τυγχάνει οὖσα, ἀναμεμέτρηται μ. δ'. γξ'.[4] τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀπὸ μεσημβρίας ἐπὶ τοὺς ἄρκτους, οἷον ἀπὸ τῆς Αἰθιοπικῆς θαλάσσης μέχρι Θούλης τῆς νήσου· τῶν δὲ μεγίστων κόλπων, πρῶτος μέν ἐστιν ὁ Γαγγητικὸς, δεύτερος δὲ ὁ Περσικὸς, τρίτος δὲ ὁ καλούμενος οὕτω μέγας, τέταρτος δὲ ὁ Ἀράβιος, πέμ[-9]πτος δὲ ὁ Αἰθιοπικὸς, ἕκτος δὲ ὁ τοῦ Πόντου, ἕβδομος δὲ ὁ τοῦ Αἰγαίου πελάγους, ὄγδοος δὲ ὁ τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἔννατος δὲ ὁ Ἀδρίας ἤτοι Ἰώνιος κόλπος, δέκατος δὲ ὁ τῆς(39) Προποντίδος· τῶν δὲ μεγίστων νήσων ἢ χεῤῥονήσων, καὶ τῆς πρώτης τάξεως, πρώτη μὲν ἡ Ταπροβάνη νῆσος, ἡ Παλαισιμούνδου[1] καλουμένη πρότερον, νῦν δὲ Σαλική· δευ-

dentale totius orbis habitabilis promontorium, quod Sacrum appellatur: provinciae autem est Lusitanicae in Iberia. Verum hoc magis ad occidentem vergit quam Gades, aut columnae Herculeae, circa stadia 3000. Latitudo autem secundum rectam lineam, qua maxima, est stadiorum 43060. haec vero est, a meridie ad septentrionem, veluti ab Aethiopico oceano ad insulam Thulem. Verum maximorum sinuum primus quidem est Gangeticus; secundus autem Persicus; tertius vero qui Magnus appellatur; quartus Arabicus; quintus Aethiopicus; sextus qui Ponti est; septimus vero qui maris Aegaei; octavus qui paludis Maeotidis; nonus autem Adriaticus sive Ionius; decimus vero qui Propontidis est. Insularum autem, sive peninsularum maximarum, primique ordinis, praecipua est Taprobane insula, quae Palaesimundi prius erat appellata, nunc vero Salice; secunda

toginta et septem gradus sive 43500 stadia, eiusque longitudinem 225 gradus esse dicit. Conf. Ptolemaei, geogr. Lib. II. cap. 7 sqq. Conf. Letronnii Galli dissertationem supra laudatam p. 121 sqq. deinde Ukerti librum: Geographie der Griechen u. Römer Vol. I. P. II. p. 238 sqq. 253 sqq. 256 sqq. 278 sqq.

2) Lege τοῦτο. Hoeschel.

3) Lege δυτικώτερον, et mox στάδια γ, ut habet Agathemerus lib. II. I. Hudson.

4) Scribe μ. δ'. γξ'. Hudson. In Hoeschelii editione, cuius lectionem Hudsonus servavit, non recte legitur μ. δ. γξ'. In numeris significandis in codicibus saepissime erratura fuisse satis constat.

1) In Hoeschelii editione ὀγδόος, codicum lectio, servata est; sed corrigit vir cl. in notis p. 195. adiecta notitia hac: „ὄγδοος quanquam huiuscemodi annotandis haud scio an operae faciam precium, quae vel pueri norunt corrigere: quis enim pag. seq. v. 5. non videat legendum esse χρυσῆ;“ hoc enim loco codd. habent et Hudsonus servavit χρυσῇ.

τέρα δὲ τῶν Βρεταννικῶν ἡ Ἀλβίων· τρίτη δὲ ἡ χρυσῆ[2] Χερσόνησος· τετάρτη δὲ τῶν Βρεταννικῶν ἡ Ἰουερνία[3]· πέμπτη δὲ ἡ Πελοπόννησος· ἕκτη δὲ ἡ Σικελία· ἑβδόμη δὲ ἡ Σαρδώ· ὀγδόη δὲ ἡ Κύρνος· ἐννάτη Κρήτη· δεκάτη Κύπρος· καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον· ἐπὶ δὲ τὰ προκείμενα μεταβησόμεθα. ἀρξόμεθα δὲ τοῦ περίπλου, καθὰ προειρήκαμεν, ἀπὸ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τοῦ μυχοῦ αὐτοῦ καλουμένου Αἰλανίτου[4], ἔνθα μάλιστά ἐστιν, ὡς προείρηται, καὶ τὸ στενώτατον τῆς ἠπείρου,

Albion Britannicarum una; tertia Aurea Chersonesus; quarta Ivernia Britannicarum altera; quinta Peloponnesus; sexta Sicilia; septima Sardinia; octava Corsica; nona Creta; decima Cyprus. atque haec quidem hactenus. nunc vero ad rem propositam transibimus. Periplum autem (ut ante diximus) exordiemur a sinu Arabico, et recessu eius qui Aelaniticus appellatur; ubi, ut prius dictum, pars est continentis angustissima, mare nostrum

2) πρώτη μεν ἡ Ταπροβάνη. Item plane dicit Agathemerus lib. II. cap. 8: [τῶν δὲ νήσων τῶν πάνυ μεγίστων πρωτεύει μὲν παρὰ πάσας ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἡ Σαλικὴ, δευτερεύει δὲ Ἀλουίωνος, τὰ δὲ τρίτα φέροιτ' ἂν Ἰουερνία.] Ad quem locum sic commentatur Tennulius: „Hinc facile constabit cuilibet, veteribus ignotam fuisse insulam Madagascar. Cum enim magnitudine superet Madagascar Salicen multis partibus, Salice iure nequit dici maxima aut prima insularum.“ Hudson. Plinius insulam Taprobanen accuratius describit. Tradit enim lib. VI. 24: „nobis diligentior notitia Claudii principatu contigit, legatis etiam ex insula advectis.“ De aliis nominibus, quae insula apud incolas habet, lege librum: Das alte Indien. Volumine I., quem von Bohlen, vir doctissimus, scripsit. — Lege ut ante Παλαισιμούνδου. Huds.

3) Ἰουβερνία Ptolemaeo, [lib. II. 2.] Hudson. Haec insula antiquioribus temporibus appellata est Ἱερνη, v. epistolam de mundo, quam vulgo Aristoteli adscribunt, atque Strabonem lib. IV. p. 63. 72. 74 sq. 115. 119, inprimisque 201. Agathemerus autem lib II. 4: Νῆσοι δὲ ταύτης τῆς ἠπείρου ἀξιόλογοι ἐν μὲν τῇ ἐκτὸς θαλάσσῃ αἱ Βρεταννικαὶ δύο Ἰουερνίας τε καὶ Ἀλουίωνος. Ἀλλ' ἡ μὲν Ἰουερνία δυκικωτάτη κειμένη ἀντιπαρεκτείνετει μέχρι τινὸς τῇ Ἱσπανίᾳ. Ἡ δ' Ἀλουίων, ἐν ᾗ καὶ τὰ στρατόπεδα ἵδρυτει, μεγίστη τέ ἐστι καὶ ἐπιμηκεστάτη. Stephanus Byzant. v. Ἰουερνία, ἡ Πρεπανικὴ νῆσος, τῶν δύο ἐλάσσῳν. Apud Romanos nomen erat et Hibernia, conf. Caesaris bellum gall. V. 13. Taciti Agric. 24. annal. XII. 32. Plinii hist. nat. IV. 30. et Juvernia, conf. Pomponium Melam. III. 6: et Juverna Juvenalis satyr. II. 160.

4) Hoeschelius ex codicibus Ἀτλαντίου edidit, quod Hudsonus atque editor Vienn. retinuerunt. Itaque Hudsonus in notis haec proposuit: „Lege Αἰλανίτου ex Stephano et Auctore nostro paulo infra [p. 32 et 33 ed. Huds.]. Straboni, Ptolemaeo, aliisque κόλπος Ἐλανίτης dicitur. Vide Plinii Hist. nat. lib. VI. c. 28. et Salmasii Exerc. Plin. p. 342.“ Plieius l. l. haec habet: „Sinus intimus, in quo Leanitae, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra et in sinu Laeana, vel

καὶ διεῖργον το μὴ συνάψαι τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν τῷ Ἀραβίῳ μυχῷ· οὗτος δὲ ὁ μυχὸς γειτνιῶν τυγχάνει τῇτε Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Πετραίᾳ καλουμένῃ Ἀραβίᾳ, ἥτις τῇ λεγομένῃ Ἰουδαίᾳ συνάπτει, ἧς Παλαιστίνη το ἔθνος ἐστὶ πρὸς τῇ καθ' ἡμᾶς κείμενον θαλάσσῃ. ἔστι γὰρ ἀπὸ Γάζης τῆς ἐν Παλαιστίνῃ πόλεως ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καὶ τὸν προειρημένον[10] Αἴλαν[1], πεζῇ πρὸς τὴν μεσημβρίαν τῆς πορείας γινομένης, στάδια ͵ασξ΄. τῶν μὲν οὖν ἀριστερῶν τῆς Ἀσίας μερῶν, τουτέστι τῆς τε Ἀραβίας τῆς εὐ(-40)δαίμονος καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς Θαλάσσης, καὶ μετ' ἐκείνην τοῦ Περσικοῦ κόλπου, καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους παντὸς, ἄχρι τῶν Σινῶν[2] τοῦ ἔθνους, καὶ τοῦ πέρατος τῆς ἐγνωσμένης γῆς, τὸν ἀκριβέστατον ποιησόμεθα περίπλουν, καὶ τὴν τῶν σταδίων ἀναμέτρησιν· τῶν δὲ δεξιῶν τῶν τῆς Λιβύης μερῶν μέχρι τοῦ καλουμένου Πράσου ἀκρωτηρίου, καὶ τῆς Μενουθιάδος[3] νήσου, τὰς μὲν προσηγορίας τῶν πό-

dirimens a secessu Arabico. Hic vero recessus vicinus est Aegypto, et Arabiae quae Petraea appellatur et contigua est Iudaeae, cuius provincia Palaestina nostro mari adiacet. A Gaza enim Palaestinae urbe ad intimum sinus Arabici recessum et praedictum*[sinum] Aelanitem, si quis iter pedestre contenderet ad meridiem, stadia sunt 1260. Sinistrarum itaque Arabiae partium, hoc est, Arabiae felicis et Rubri maris, et dein sinus Persici, et totius Indici pelagi, usque ad Sinarum provinciam, et terminos terrae cognitae, periplum quam accuratissimum faciemus, [adiicientes] etiam stadiorum dimensionem. In partibus autem quae ad dextram Libyae sunt, usque ad promontorium Prasum appellatum, et insulam Menuthiada, nomina urbium et

ut alii Aelana. Nam et ipsum sinum nostri Aelaniticum scripsere, alii Aelenaticum, Artemidorus Aleniticum, Juba Laeniticum.“ Diodori bibl. lib. III. 43. nomen in aliis codd. Λαιανίτης, in aliis autem Ἀλαϊνίτης legitur. In intimo sinu olim fuit urbs nomine Ailath, quae postea Aila appellabatur, conf. Hieronymum de loc. sacr. et Notitiam imp. orient. p, 217. Stephanus Byzant. v. Αἴλανον, πόλις Ἀραβίας, ἧς ὁ πολίτης Αἰλανίτης. τινὲς δὲ κόλπον Αἴλα φασί. Γλαῦκος δὲ κώμην αὐτὴν λέγει ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ, τὰ πρὸς ἕω τῆς Αἴλας. ὁ πολίτης Αἰλανίτης.

1) Scribe Αἰλανίτην, vel, quod propius est, Αἴλαν. nam κόλπον ipsum Αἴλαν vocatum notat Stephanus Byzant. Hudson. Recepi Αἴλαν, facile enim hoc verbum transscribi potuit in Μύλαν, quod Hoeschelius, et Hudsonus ediderunt, editorque Viennensis.

2) Lege Σινῶν. Huds. Hoc recepi.

3) Omnino legendum Μενουθιάδος ex Ptolemaeo [IV. 9.], Arriano, et aliis. Hudson. In Arriani periplo maris erythraei p. 9, ed. Huds. appellatur insula Εἰτενηδιομμενουθεσίας νῆσος. Stephanus Byzant. habet haec: Μένουθις, Αἰγυπτία κώμη πρὸς τῷ

λεων καὶ τῶν ἐπινείων δηλώσομεν· ἔτι μὲν τῶν θαλασσῶν, καὶ τῶν κόλπων, καὶ τῶν ἀκρωτηρίων, καὶ τῶν νήσων τὰς ὀνομασίας σημαινοῦμεν[4]· διὰ μακροῦ δὲ τοῖς διαστήμασι τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων προσθήσομεν· τούτων μὲν γὰρ τῶν δεξιῶν μερῶν ἐπιδρομή ἐστιν, ἃ τῆς ἀναμετρήσεως[5] πεποιήμεθα σαφῆ μιᾶς ἕνεκα τῆς θέσεως τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης, ἥνπερ ἔχει πρὸς τὴν ἀντίπερα τῆς Ἀσίας χώραν, τουτέστι τῶν τε Ἀράβων καὶ τῶν Ἰνδῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν· τῶν δὲ ἀριστερῶν μερῶν μετὰ τῆς προειρημένης[6] ἐπαγγελίας τὸν περίπλουν σπουδῇ ἐποιησάμεθα.

Α. Τῶν δεξιῶν μερῶν τοῦτε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους περίπλους.

(41) Ἡ τοίνυν θέσις καὶ περιγραφὴ τῶν δεξιῶν τῆς Λιβύης [11] μερῶν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· χρὴ γὰρ πρὸ τῶν κατὰ μέρος τὰς καθ᾽ ὅλον προσηγορίας καὶ τὴν θέσιν δηλῶσαι

navalium indicabimus, insuper et marium, et sinuum, et promontoriorum, et insularum: longioribus vero distantiis numerum stadiorum apponemus. Atque haec quidem percursatio est dextrarum partium, quas dimensione manifestas faciemus, praecipue gratia situs terrae et maris cum respectu ad oppositas Asiae regiones, hoc èst, Arabum, et Indorum, et aliarum gentium: partium vero ad sinistram, ut prius polliciti sumus, periplum diligenter scripsimus.

Partium dextrarum sinus Arabici, Rubri maris, et Indici pelagi periplus.

Situs igitur et descriptio dextrarum Libyae partium ad hunc modum se habet. Oportet enim generales appellationes et situm locorum prius indicare, quam sigillatim recensere. Nam si quis

Κανώβῳ καὶ νῆσος Αἰθιοπίας Μενουθιάς. In notis Hudsoni, quas Marciani libro adiecit, legimus: Menuthias illa est insula, quae nunc Zanzibar appellatur. Huic enim omnia conveniunt quae veteres de Menuthiade scribunt, non insulae S. Laurentii vel Madagascar, (ut visum est Bocharto in Geogr. S. lib. IV. c. 26.) quae plane ignota fuit Graecis et Romanis. Vossius ad Melam p. 303. Conf. Marcianum p. 12, et quae ibi notata sunt.

4) Lege σημανοῦμεν. Hoesch.

5) Cum cl. Dodwello lego ἃ διὰ τῆς ἀναμ., et mox ἥνπερ pro ὅπερ. Hudson.

6) Scribe προειρημένης. Huds.

τῶν τόπων· πλέοντι γὰρ τὸν Ἀραβικὸν κόλπον ὡς πρὸς μεσημβρίαν μετρίως πρὸς τὴν ἕω παρεπιστρέφοντι, καὶ δεξιὰν ἔχοντι τὴν ἤπειρον, πρώτη μέν ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, μέρει τινὶ γειτνιῶσα τῷ κόλπῳ· τούτῳ δὲ παροικοῦσιν Ἀραβαιγύπτιοι[1]· Ἰχθυοφάγοι· μετὰ δὲ ταύτην ἡ Τρωγλοδυτικὴ ἐπὶ πλεῖστον ἐκτεινομένη, παρήκει γὰρ παρά τε αὐτὸν τὸν Ἀράβιον κόλπον, καὶ παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν· μετὰ δὲ τὸ στόμα τοῦ Ἀραβίου κόλπου ἑξῆς ἐστιν ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα· περιπλέοντι τοίνυν ταύτην, καὶ ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τὴν γῆν ἔχοντι, ἐκδέχεται μὲν ὁ αὐτὸς κόλπος ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῆς ἐρυθρᾶς τυγχάνων θαλάσσης· παροικοῦσι δὲ τούτῳ οἵτε προειρημένοι Τρωγλοδύται, καὶ οἱ Αὐλῖται[2], καὶ προσέτιγε οἱ Μοσσουλοὶ τὰ ἔθνη· ἐκπλεύσαντι δὲ τὸν

sinum Arabicum naviget quasi meridiem versus, leniter flectens ad ortum, et a dextra continentem habeat, primum se offert Aegyptus, aliqua sui parte sinui [Arabico] contermina. Huic autem adiacent Arabes Aegyptii Ichthyophagi. At supra hanc [Aegyptum] regio Troglodytica latissime extensa: protenditur enim iuxta ipsum sinum Arabicum et Rubrum mare: nam ostio sinus Arabici continuum est Rubrum mare. Hoc igitur [mare] circumnavigantem, et similiter terram a dextra habentem excipit idem ille sinus, cui dextram versus est Rubrum mare: hoc autem [mare] accolunt praedicti Troglodytae, et Avalitae, insuper et Mosyli populi. Egredienti autem sinum [Arabicum] et

1) Ἄραβες Αἰγύπτιοι Ptolemaeo. Huds. — Arriani periplo maris erythraei p. 1. ed. Huds.: ἐκ μὲν τῶν δεξιῶν ἀπὸ Βερενίκης συναφῆς ἡ Τισηβαρικὴ χώρα ἐστί. τὰ μὲν παρὰ θάλασσαν Ἰχθυοφάγων μάνδραις οἰκοδομημέναις ἐν στενώμασιν, καὶ σποράδην δὲ οἰκοῦνται. Pag. 5: ἐπ᾽ ἀνατολὴν ὁ Ἀραβικὸς κόλπος διατείνει, καὶ κατὰ τὴν Αὐαλίτην μάλιστα στενοῦται. μετὰ δὲ σταδίους ὡσεὶ τετρακισχιλίους, κατὰ τὴν αὐτὴν ἤπειρον εἰς ἀνατολὴν πλεόντων, ἐστὶν ἄλλα ἐμπόρια βαρβαρικὰ, Τάπαρα λεγόμενα· ..... πρῶτος μὲν ὁ λεγόμενος Αυαλείτης, καθ᾽ ὃν καὶ στενώτατός ἐστιν ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς εἰς τὸ πέραν διάπλους. κατὰ τοῦτον τὸν τόπον, μικρὸν ἐμπόριών ἐστιν ὁ Αὐαλείτης, σχεδίαις καὶ σκάφαις εἰς τὸ αὐτὸ προσερχομένων. Pag. 6: μετὰ δὲ την Αὐαλείτην, ἕτερον ἐμπόριον ἐστὶν τούτου διαφέρον, ἡ λεγομένη Μαλαὼ, πλοῦν ἀπέχουσα σταδίων ὡς ὀκτακοσίων ...... ἀπὸ δὲ Μαλαὼ δύο δρόμοις ἐστὶν ἐμπόριον ἡ Μούνδου.

2) Lego οἱ Αὐαλῖται, et mox οἱ Μόσυλοι ex Ptolemaeo et Stephano. Huds. Conf. infra not. 1 ad p. 32. Stephanus Byzant. promontorium et portum Μόσυλον ex Marciano nuncupatur. Sed hodie nihil de eo in Marciani opere legitur; in Arriani autem periplo maris erythraei p. 7. ed. Hudson. legimus: ἀπὸ δὲ τοῦ Μούνδου, πλεόντων εἰς τὴν ἀνατολήν ὁμοίως μετὰ δύο δρόμους ἢ τρεῖς, πλησίον κεῖται τὸ Μόσυλλον, ἐν αἰγιαλῷ δυσόρμῳ. . . . ἀπὸ δὲ τοῦ Μοσύλλου παραπλεύσαντι μετὰ δύο δρόμους, τὸ λεγόμενον Νειλοπτολεμαίον κ. τ. λ. Ptolemaeus ha-

κόλπον, καὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἠρέμα πως μετὰ τὸν κόλπον κατὰ τὸ ἀκρωτήριον στενουμένην, ἐκδέχεται τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος ἀναπεπταμένον ἐπὶ πολύ· καὶ τῷ μὲν μήκει διῆκον[3] *πρὸς τὴν ἕω καὶ τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου μέχρι Σινῶν*[4] *τοῦ ἔθνους*(42), *ὅπερ ἐπὶ τέλει τῆς οἰκουμένης τυγχάνει κείμενον κατὰ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς ἄγνωστον γῆν· τῷ δὲ πλάτει πρὸς μεσημβρίαν ἀναχεόμενην ἐπὶ πλεῖστον, μέχρι τῆς ἑτέρας ἀγνώστου γῆς τῆς*[12] *κατὰ τὴν μεσημβρίαν ὑπαρχούσης*[1]*· καθ' ἣν καὶ ἡ Πρασώδης καλουμένη διατείνει θάλασσα περὶ ὅλην τὴν μεσημβρινὴν ἄγνωστον γῆν μέχρι τῆς ἕω, τοῦ μὲν Ἰνδικοῦ πελάγους ὑπάρχουσαν, ταύτην δὲ διὰ τὴν χροιὰν λαχοῦσα*[2] *τὴν προσηγορίαν· μετα τὴν ἐρυθρὰν τοίνυν θάλασσαν κάμψαντι πρὸς τὴν μεσημβρίαν καὶ ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τὴν γῆν ἔχοντι, τό, τε ὄρος ὁ Ἐλέφας τυγχάνει κείμενον καὶ ἡ Ἀρωματοφόρος χώρα*[3]*·*

Rubrum mare (paulatim post sinum hunc iuxta promontorium in angustias coactum) occurrit Indicum pelagus, in immensum porrectum: et longitudine quidem pertingens ad orientem solisque exortus usque Sinarum provinciam, quae ad extrema orbis habitabilis iacet iuxta terram orientalem incognitam: latitudine vero ad meridiem versus maxime diffusum, usque ad alteram terram incognitam, quae meridiei subiacet; iuxta quam et mare Prasodes appellatum (Indici quidem pelagi pars, hoc vero cognomen sortitum a colore) extenditur circa totam terram meridionalem incognitam usque ad orientem. Post Rubrum igitur mare versus meridiem flectenti, et similiter a dextra terram habenti obiacet mons Elephas, et regio Aromatifera: post quam sequitnr

bet IV. 7. *Μόσυλον ἄκρον καὶ ἐμπόριον.* Erravit fortasse Stephanus in conscribendo suo opere, cum ante oculos Arrianum et Ptolemaeum haberet. Plinius hist. nat. VI. 34: oppidum Gaza, promontorium et portus Mossylicus, quo cinnamomum devehitur. Huc usque Sesostris exercitum duxit. . . . A Mossylico promontorio Atlanticum mare incipere vult Juba.

3) Lege *διῆκον*. Huds.

4) Lege *ἀναχεόμενον*. Huds.

1) Scribe *ὑπαρχούσης*. Huds.

2) Repone *λαχοῦσαν*. Hnds.

3) V. infra fragmenta No. 1. s. v. *Ἄρωμα*, . — Ex Arriano in periplo maris erythraei p. 7. cognoscimus promontorium Elephas: *ἀκρωτήριον Ἐλέφας, ἀπὸ Ὀπώνης εἰς νότον προχωρεῖ*; sed in Strabonis libro XVI. cap. 4, p. 774 legimus: *ὁ Ἐλέφας τὸ ὄρος, ἐκκείμενον εἰς θάλατταν, καὶ διώρυξ, καὶ ἐφεξῆς Ψυγμοῦ λιμὴν μέγας, καὶ ἵδρυμα τὸ Κυνοκεφάλων καλούμενον· καὶ τελευταῖον ἀκρωτήριον τῆς παραλίας ταύτης τὸ Νότου κέρας. Κάμψαντι δὲ τοῦτο, ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν, οὐκέτι, φησὶν* [*Ἀρτεμιδωρός*], *ἔχομεν λιμένων ἀναγραφὰς, οὐδὲ τόπων, διὰ τὸ μηκέτι εἶναι γνώριμον.* Portugalli nautae appellarunt eum Mons Felix, Arabi autem Felluk, sive Fellis sive Felix. Fluvius sub monte Elephante in

μεθ' ἣν ἐκδέχεται τὸ ἔθνος τὸ λεγόμενον Βαρβαρικὸν, καὶ τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος, ἐν ᾧ κόλποι τε πλείους εἰσὶ, καὶ οἱ δρόμοι τῆς καλουμένης Ἀζανίας [a]· καὶ πρῶτος μὲν τῶν ἐπισήμων κόλπος ἐστὶν ἐν αὐτῷ ὁ καλούμενος Ἀπόκοπα [5], εἶθ'

provincia Barbarica appellata, et pelagus Barbaricum dictum, in quo plures sunt sinus et dromi (hoc est cursus) Azaniae, quae si vocatur. Et ex sinubus quidem insignioribus primus in ipso est, qui nuncupatur Apocopa; exinde ordine parvum littus et

Arriani quoque periplo maris erythraei commemoratur p. 7., cum verbis iam antea laudatis adiceret haec: εἶτα εἰς λίβα ἡ χώρα ποταμοὺς ἔχει, τὸν λεγόμενον Ἐλέφαντα, καὶ Δαφνῶνα μέγαν, λεγόμενον Ἀκάνναι. ἐν ᾗ μονογονῶς λίβανος ὁ περατικός, πλεῖστος καὶ διάφορος γίνεται. καὶ μετὰ ταύτην, τῆς γῆς ὑποχωρούσης εἰς τὸν νότον ἤδη, τὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐμπόριον, καὶ ἀκρωτήριον τελευταῖον τῆς βαρβαρικῆς ἠπείρου πρὸς ἀνατολὴν Ἀποκόπων. Marciani ἀρωματοφόρος χώρα, ubi urbem Ἄρωμα, πόλις Αἰθιόπων, ὡς Μαρκιανός fuisse, ex Marciani loco quodam, quem nunc autem in eiusdem libro non reperimus, Stephanus Byzant. docet. Fortasse Ἄρωμα emporium tantum fuit, quod ex loco laudato peripli maris erythraei cognoscimus. Stephanus errasse videtur. Nihil obstat, Artemidori Νότου κέρας idem esse ac Arriani Ἀρωμάτων ἐμπόριον καὶ ἀκρωτήριον, quod hodie Guardefui appellatur, sed diversum ab Ptolemaei (IV. 7.) Νότου κέρας, quod versus meridiem post Ἀπόκοπα, infraque promontorium et emporium Ἀρώματα, quod Ptolemaeus l. l. indicavit post Ἀκκάναι, in hodierna Africae ora, appellata Aian, situm est, atque nomine Bandel — Kaus est insignitum.

4) Ἀζανία mare est quod Plinio Azanium dicitur. At Ptolemaeo Ἀζανία est regio Aethiopica mediterranea ex adverso maris Barbarici, cuius maritima ora Βαρβαρία dicta est. Salmasius in Solinum p. 354. Huds.

5) Ἀπόκοπα. Hic locus est unus ex iis, qui a Stephano sive Hermolao Grammatico de Urbibus adferuntur. Hoeschel. Stephanus Byzant. habet haec: Ἀπόκοπα, οὐδετέρως, κόλπος ἐν τῷ Βαρβαρικῷ μυχῷ. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. — Ptolemaeus lib. IV. 7. Ἀπόκοπα (79 grad. longit., 3 grad. latit.) ponit inter montem Φαλαγγίς (80 gr. long., 3 gr. 25 sive 30 min. latit.), et promontorium Νότου κέρας (79 gr. longit., 2 gr. 5 min. latit.). In Periplo maris erythraei p. 9. ed. Huds. legitur: ἀπὸ δὲ Ὀπώνης, τῆς ἀκτῆς εἰς τὸν νότον ὑποχωρούσης ἐπὶ πλεῖον, πρῶτα μέν ἐστι τὰ λεγόμενα μικρὰ Ἀπόκοπα καὶ μεγάλα τῆς Ἀζανίας, διὰ ἀγκυροβολίων. ποταμὸς, ἐπὶ δρόμους ἓξ, παρ' αὐτὸν ἤδη τὴν λίβα· εἶτα αἰγιαλὸς καὶ μικρὸς καὶ μέγας, ἐπ' ἄλλους δρόμους ἕξ. καὶ μετ' αὐτὸν κατὰ τὸ ἑξῆς, οἱ τῆς Ἀζανίας δρόμοι. πρῶτον μὲν, ὁ λεγόμενος Σεραπίωνος· εἶθ' ὁ Νίκωνος· μεθ' ὃν, ποταμοὶ πλείονες, καὶ ἄλλοι συνεχεῖς ὅρμοι, διῃρημένοι κατὰ σταθμοὺς καὶ δρόμους ἡμερησίους πλείους, τοὺς πάντας ἑπτὰ, μέχρι Πυραλάων νήσων, καινῆς λεγομένης διώρυχος. ἀφ' ἧς μικρὸν ἐπάνω τοῦ λιβὸς, μετὰ δύο δρόμους νυχθημέρους, παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν εἰτενηδιωμμενουθεσίας ἀπαντᾷ νῆσος, σταδίων ἀπὸ τῆς γῆς ὡσεὶ τριακοσίων, ταπεινὴ καὶ κατάδενδρος. Pag. 10: ἀφ' ἧς μετὰ δύο

ἑξῆς μικρὸς αἰγιαλὸς καὶ μέγας, μεθ' οὓς ἕτερος κόλπος μέγας μέχρι τοῦ Ῥαπτοῦ[6] ἀκρωτηρίου. μετὰ δὲ ταῦτα ἡ λεγομένη βραχεῖα θάλασσα[7], καὶ ὁ περὶ αὐτὴν μέγιστος κόλπος, ὅνπερ οἰκοῦσι βάρβαροι Ἀνθρωποφάγοι. ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ κόλπου κεῖται τὸ μέγιστον ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται Πράσον ἄκρον[8], (43) καὶ ἡ Μενουνθίας νῆσου[9], οὐ πόῤῥω τοῦ ἀκρωτηρίου τυγχάνουσα· καὶ ἡ μὲν ὅλη θέσις καὶ περιγραφὴ τῶν δεξιῶν μερῶν τοῦτε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ προσέτιγε τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους, τοῦ πρὸς τὴν μεσημβρίαν ἀποκλίνοντος, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτω πως ἔχει.[10].

magnum; tum et alter sinus immensus usque Rhaptum promontorium. Post haec vero mare quod Breve dicitur, et maximus circa ipsum sinus quem accolunt barbari Anthropophagi. In extremo autem sinus huius maximum est promontorium, quod appellatur Prasum promontorium, et insula Menuthias, non longe a promontorio distans. Atque generalis quidem situs et descriptio dextrarum partium et sinus Arabici et Rubri maris, praeterea et Indici pelagi, quod meridiem versus excurrit, ad hunc modum se habet. Quae particulatim vero recensenda veniunt, hoc fero modo.

δρόμους τῆς ἠπείρου τὸ τελευταιότατον τῆς Ἀζανίας ἐμπόριον κεῖται, τὰ Ῥαπτὰ τὰ λεγόμενα. Pag. 11: καὶ σχεδὸν τελευταιότατά ἐστι ταῦτα τὰ ἐμπόρια τῆς Ἀζανίας, τῆς ἐν δεξιοῖς ἀπὸ Βερενίκης ἠπείρου. ὁ γὰρ μετὰ τούτους τοὺς τόπους Ὠκεανὸς, ἀνερεύνητος ὢν, εἰς τὴν δύσιν ἀνακάμπτει, καὶ τοῖς ἀπεστραμμένοις μέρεσιν τῆς Αἰθιοπίας, καὶ Λιβύης, καὶ Ἀφρικῆς, κατὰ τὴν νότον παρεκτείνων, εἰς τὴν ἑσπέριον συμμίσγει θάλασσαν. Ex his Peripli maris erythraei locis, inprimis ex eo quem postremum huc transscripsimus, ubi Raptum promontorium ultimus in Africae ora occidentali appellatur locus, qui cognitus est, vidimus, periplum multo antiquiorem esse Marino et Ptolemaeo, atque Marciano. Sed non dubitamus, quin eo periplo Marcianus in conscribendis suis libris usus sit, si conferimus initium introductionis, quem Menippi periplo praescribit, ubi monet: γράφω δὲ ταῦτα, πολλοῖς μὲν ἐντυχὼν περίπλοις, πολὺν δὲ περὶ τὴν τούτων ἴδησιν ἀναλώσας χρόνον.

6) Ῥαπτοῦ. Rhaptum promontorium est illud quod Quiolae vicinum est. Vossius ad Melam p. 303. Huds. Bredovius l. l. p. 328 docet, fluvium iuxta promontorium Rhaptum, quem Ptolemaeus geogr. lib. I. 17. eodem nomine appellat, hodie esse Doara, qui iuxta emporium et promontorium, quod Portugalli Bandel—veilho (alter Hafen) dicunt, in mare influit.

7) Vide Vossium ad Melam. pag. 103. Huds.

8) Πράσσον Ptolemaeo. Huds. — Hodie in Ptolemaei libro I. cap. 17. Πράσον legitur.

9) De insula Menuthiade V. supra notam 3 ad pag. 10.

10) Capitulum, quod haec subsequi debet, desideratur. Huds.

Fragmenta.*)

I. Ἄρωμα, πόλις Αἰθιόπων, ὡς Μαρκιανός.**)

II. Ἄσπις, πόλις Λιβύης, ὡς Φίλων. ἔστι καὶ ἀκρωτήριον Αἰθιοπίας τῆς κατ' Αἴγυπτον, ὡς Μαρκιανὸς πρώτῃ περιόδων.

III. Ἀστάρτη, νῆσος ἐν Αἰθιοπίᾳ. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτῃ· ἐντεῦθεν ἄρχεται Αἰθιοπία, ἡ ὑπὲρ Αἴγυπτον. ἀπὸ δὲ τοῦ Βαζίου ἄκρου ἐκδέχεται Τριόνωτον ὄρος. κατὰ δὲ τοῦτο, νῆσος Ἀστάρτη.***)

Fragmenta.

I. Aroma, oppidum Aethiopum. Marcianus.

II. Aspis, urbs Libyae, cuius Philo meminit. Est quoque promontorium Aethiopiae iuxta Aegyptum, uti Marcianus libro primo Periodorum perhibet.

III. Astarte, insula Aethiopiae. Marcianus periplo primo [dicit] haec: ibi incipit Aethiopia, quae supra Aegyptum est. A Bazio autem promontorio excipitur mons Trionotum, iuxta quem insula Astarte sita est.

*) Fragmenta quinque, quae hic sequuntur, servavit Stephanus Byzant. sive eius epitomator. Ea inserui, ne alio importuno loco praeterviderentur.

**) Iam Berkelius in suis notis Stephano Byzant. adiectis recte vidit, Ptolemaei (IV. 7.) Ἀρώματα ἄκρον καὶ ἐμπόριον (conf. lib. I. 17.) idem esse ac Marciani Ἄρωμα, quamquam eo nomine urbs significatur. V. supra not. 12. ad pag. 12. Conf. Bredovii dissertationem: Ueber die geograph. Kenntnisse der Alten längst der Ostküste Afrikas, ausserhalb des arabischen Busens, v. eiusdem librum: Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geschichte, Geographie und Chronologie, Vol. II. p. 304 sqq., et Gossellin, Recherches, p. 186 sq.

***) Hoc fragmentum, est maius quam reliqua, quae habemus. Nam omnia a verbo ἐντεῦθεν usque ad νῆσος Ἀστάρτη complectitur. Hoc non vidit Hudsonus. Berkelius in suis notis ad hunc locum adnotat: „Ἀπὸ δὲ τοῦ Βαζίου ἄκρου. Ita vulgati omnes et scripti: Salmasius ad oram sui Stephani ἀπὸ δὲ τοῦ Βαζίου ἄκρου reposuit, quae lectio Ptolemaei auctoritate confirmatur, ita enim ille lib. IV. cap. VII.: μετὰ δὲ τὸ Βάζιον ἄκρον, ὃ εἴρηται, Πριόνωτον ὄρος. Ita quoque hunc montem et promontorium idem Geographus aliis in locis appellavit. A librariis autem Ξ et Z saepissime confundi, alibi demonstravimus.“ Idem vir doctus praefert scribendum Πριόνωτον ὄρος loco Τριόνωτον ὄρος, qua in re consentit cum Holstenio, qui suam sententiam loco Ptolemaei lib. IV. cap. 7. firmare voluit. — Ad locum ἀπὸ δὲ τοῦ Βαξίου ἄκρου scribit Luc. Holstenius: „Apud Ptolemaeum bis occurrit hoc promontorium, sed utrobique τὸ Βάζιον ἄκρον dicitur, lib. IV. cap. 5 et 7. Apud Marcianum haec interiore, cuius procul dubio locus hic a Stephano adducitur.“

IV. *Γυψηίς, νῆσος Αἰθιοπίας, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτῃ.*†)

V. *Μόσυλον, ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας. Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περιόδου.*††)

IV. Gypseis, insula Aethiopiae. Marcianus periplo primo.

V. Mosylum, promontorium et emporium Aethiopiae. Marcianus libro primo Periodi.

†) Ad hunc locum Luc. Holstenius adnotavit. „Lege XXVI. Cod. de Poenis (quae e lib. LX. *Βασιλικῶν* tit. 51. cap. ult. eo a Iacobo Cujacio relata est) Gypsus et Oasis appellantur loca exiliis destinata: prohibenturque illa lege magistratus Alexandriae et Thebaidos exules in Gypsum Oasin mittere ultra sex menses, vel ad summum, ultra annum. Ratio, ut a Graecis interpretibus redditur, quod Oasis infesta culicibus muscisque grandioribus fuerit, exulibus saepe mortis caussam adferentibus. Non dubito, quin loca vicina fuerint."

10) Χαδίσιον Steph. Byz. Huds. Χαδέσιον Cod. Par. Nihil mutari potest. Quae deinde Hudsonus et Miller ex Stephano [ἀπὸ Χαδισίου ἐπὶ τὴν Ἶριν ποταμὸν στάδια ρ΄.] uncis inclusa adiecerunt, consulto reieci; non enim sunt ex Marciani Editione, sed ex Menippi ipsius libro servata.

Fragmenta Menippei peripli.*)

I. *Χαδισία,**) πόλις Λευκοσύρων. Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν δευτέρῳ· ἡ δὲ Θεμισκύρη πεδίον ἐστὶν ἀπὸ Χαδισίης μέχρι Θερμώδοντος. Μένιππος δὲ Χαδίσιον κώμην καὶ ποταμὸν ἐν περίπλῳ τῶν δύο Πόντων φησίν· Ἀπὸ τοῦ Λυκάστου εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον στάδια ἑκατὸν πεντήκοντα· ἀπὸ Χαδισίου ἐπὶ τὸν Ἶριν ποταμὸν στάδια ἑκατόν.*

II. *Ἑρμώνασσα, νῆσος μικρὰ, πόλιν ἔχουσα ἐν τῷ Κιμμερίῳ Βοσπόρῳ, Ἰώνων ἄποικον. .... Στράβων ἑβδόμῃ Ἑρμώνακτος κώμην φασί. Μένιππος δὲ χωρίον Τραπεζοῦντος ἐν Περίπλῳ τῶν δύο πόντων.***)*

III. *Χαλδία, χώρα τῆς Ἀρμενίας. Μένιππος ἐν περίπλῳ τῶν δύο Πόντων· τὴν μέχρι τούτων τῶν βάρων ἔστιν ἡ Ποντικὴ βασίλεια, καὶ κατὰ Τιβαρίην καὶ Χαλδίην, καὶ Σανδίκην. Οἱ ἐν ταύτῃ κατοικοῦντες Χάλδοι. Οὕτω γὰρ ἐπεκράτησε.* †)

I. Chadisia, urbs Leucosyrorum. Hecataeus genealogicorum secundo: Themiscyra vero campus est a Chadisia ad Thermodontem usque. Menippus vero Chadisium vicum et fluvium in periplo duorum Pontorum vocat: a Lycasto ad vicum et fluvium Chadisium stadia centum quinquaginta. A Chadisio ad Irim fluvium stadia centum.

II. Hermonassa, insula parva urbem habens in Cimmerio Bosporo, Ionum colonia.... Strabo libro VII. Hermonactis pagum appellat. Menippus vero castellum Trapezuntis in Periplo duorum Pontorum.

III. Chaldia, regio Armeniae. Menippus in periplo duorum Pontorum: usque ad haec loca est Ponticum regnum, et iuxta Tibariam, et Chaldiam, et Sandicam. Habitantes in ea Chaldi. Sic enim obtinuit.

*) Tria priora fragmenta servavit Stephanus Byz.

**) Stephanus s. v. *Χαλισία, πόλις Λιβύης.... ἔστι καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πόντῳ, μία τῶν Ἀμαζόνων, ἧς οἱ οἰκήτορες Χαλίσιοι.* Hoc loco *Χαλισία* e *Χαδισία* esse corruptum opinatur Miller. Apollon. Rhod. II. 1000: *νόσφι δ' ἀκοντοβόλοι Χαδήσιαι,* ubi Wellauer *Χαδήσιαι* pro *Χαλήσιαι* emendavit. Ibi Schol.: *Λυκάστιον, χωρίον τῆς Λευκοσυρίας, ἀφ' οὗ Λυκαστίας εἶπε τὰς Ἀμαζόνας. Χαδησίας δὲ αὐτὰς εἶπεν Ἑκαταῖος, ἀπὸ τοῦ χαδῆσαι.* Apud Marcianum legitur *Χαδέσιον;* itaque in Menippi fragmento *Χαδησία* legendum esse cum *η* non sine iure suspicatus est Luc. Holstenius in Notis et Castigationibus ad Steph. Byz.

***) De urbe Hermanasse conf. Dionysium Perieg. 552. atque ad eum Eustathii commentarios, V. 549. Conf. Strab. VII. p. 306 et XII. p. 309.

†) Lege: *καὶ μέχρι δὲ τῶν Τιβαρηνῶν ἐστὶ ἡ ποντικὴ βασίλεια,* vel *ἡ μέχρι τῶν Τιβαρίων.* Nam *Τιβάριοι* et *Τιβαρηνοὶ* diceban-

I. *Μένιππος δὲ ταῦτά φησιν· Ἐλθόντες εἰς Σικελίαν στρατὸς πολὺς ἐξ Ἰταλίας, τούς τε Σικελοὺς κρατήσαντες μάχῃ, ἀπέστειλαν εἰς τὰ μεσημβρινὰ καὶ τὰ ἑσπέρια μέρη αὐτῆς, καὶ ἀντὶ Σικανίας Σικελίαν τὴν νῆσον ἐποίησαν καλεῖσθαι.* ††)

II. *Χιτώνη*, [*δῆμος Ἀττικῆς· ἀπὸ τοῦ δήμου οὖν ἔσχε τὴν ὀνομασίαν*] *ἡ Ἄρτεμις.* †††) *Λέγεται καὶ Χιτωνία, ὡς παρὰ Μενίππῳ. Ὁ Βυζάντιος καὶ Ἐπίχαρμος ἐν σφιγγί·*

Καὶ τὸ τῆς Χιτωνίης αὐλήσατο τίς μοι μέλος.

I. Haec vero Menippus dicit: Profecti in Siciliam cum ingenti exercitu ex Italia, Sicanis proelio superatis, ad Meridionales et Occiduas regionis partes eos delegarunt; et ut pro Sicania Sicilia insula vocaretur effecerunt, uberrimamque soli regionem habitantes incoluerunt.

II. Chitone, [vicus Atticae; ab eo vico igitur habebat nomen] sic Diana. Dicitur etiam Chitonia, ut apud Menippum. Byzantius et Epicharmus in Sphinge:

Et Chitoniae quis mihi tibia cecinerit melos.

tur. Pro *Σανδίκην* lego *Σινδικήν*. *Καὶ κατὰ Τιβαρίην καὶ Χαλδίην καὶ Σινδικήν*. Nam ita omnino legendum. Salmas. Alia coniectura. Locus est corruptissimus, leg. *καὶ μέχρι τῶν Τιβαρηνῶν ἔστι ἡ ποντικὴ βασίλεια.* Vel *μέχρι τῶν Τιβαρίων.* Salmas. Recte Salmasius iudicat, *Σινδικὴν* hic reponendum esse. Sannos agnoscit Strabo lib. XII. p. 540. hinc liquet esse legendum ap. Steph. *Σαννικήν*. Berkel. — *Οὕτως γὰρ ἐπεκράτησαν* legunt MSS. Salmas.

††) Ex Constantino Porphyrog. de themat. lib. II. 9.

†††) Iam Meursius libro de populis Atticae recte monuit hunc locum quem Steph. Byz. servavit, esse mutilum, atque expleri posse ex Callimachi Scholiasta ad hymnum p. 5, ubi legitur *Χιτώνη· ἔστι δὲ δῆμος Ἀττικῆς*, et mox: *ἀπὸ τοῦ δήμου οὖν ἔσχε τὴν ὀνομασίαν ἡ Ἄρτεμις.* Itaque supplevi: *δῆμος Ἀττικῆς* etc., qua re *οὕτως*, quod epitomator Stephani suo iure scripsit, evanescere necesse est.

[ΣΤΑΔΙΑΣΜΟΣ ΗΤΟΙ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.]

[Πρόλογος.]

Δεδειγμένων οὖν τούτων τὸ φιλομαθὲς καὶ σπουδαῖον ἀγάμενος τῆς σῆς ἀγάπης, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ἔδοξέ μοι, καὶ τὸν τῆς μεγάλης θαλάσσης σταδιασμὸν ἤτοι περίπλουν δηλῶσαί σοι ἐπ' ἀκριβέστατα· ὅπως δὲ τούτων ἀναγνοὺς ἔμπειρος ἔσῃ, ἀρξάμενος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τῆς Φαρίτιδος ἕως Διοσκουριάδος τῆς ἐν τῷ Πόντῳ κειμένης, καὶ τῆς Εὐρώπης ἀπὸ Ἱεροῦ, τῆς πρὸς τῇ Χαλκηδόνι κειμένης, μέχρις τῶν Ἡρακλεωτικῶν στηλῶν καὶ Γαδείρων, θέλων πάντας ἀνθρώπους ὠφελεῖν. ἐμφανῶ δὲ καὶ τὰς διαιρέσεις ἀπὸ τῆς Ἀσίας πρὸς τὴν Εὐρώπην, γράψας ὧδε καὶ τῶν νήσων τὰ ἀπ' ἀλλήλων διαστήματα, πόσαι τέ εἰσι καὶ τίνες φαίνονται ἐν τῷ πλέειν ἐπ' αὐτὰς καὶ ὁπηλίκαι εἰσὶν καὶ τίσιν ἀνέμοις χρῶνται· καὶ ποῖος ὁ πλοῦς, δείξω σοι κατ' ἀλήθειαν.

Prooemium.

Quibus patefactis quum cupiditatem discendi atque studium, quo amor tuus flagrat, frater clarissime, vehementer admirarer, consilium cepi, ut tibi quam accuratissime possem stadiasmum sive periplum maris magni patefacerem, eam ut tu rem legendo cognosceres. Sum ego autem in describenda ora Asiae maritima progressus ab Alexandria Pharia Dioscuriadem, ad Pontum positam, in describenda autem ora Europae maritima progressus sum ab Hiero, quod propter Chalcedonem situm est, ad columnas Herculeas et Gades insulam, quod faciendo ego omnibus hominibus prodesse volui. Intervalla autem ab Asia ad Europam postquam perscripsero, etiam ostendam, quam longe inter se distent insulae, quot eae sint, quales praeternavigantibus appareant, quantae sint, quibus utantur ventis, denique vere dicam, quae sit navigandi ratio.

† Σταδιασμὸς τῆς μεγάλης[1] θαλάσσης.

[Αἴγυπτος.]

Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Χερσόνησον[2] (λιμήν ἐστι[3]) σταδ. β.' Ἀπὸ Χερσονήσου εἰς Δυσμὰς[4] (λιμήν ἐστιν ἀγωγῆς χιλίων οὐ μείζονος ζ'[5]). Ἀπὸ Δυσμῶν εἰς Πλινθίνην[6] (σάλος ἐστὶν ὁ τόπος ἀλί-

Stadiasmus maris.

Ab Alexandria ad Chersonesum stadia 2. Portus est. A Cherboneso ad Dysmas. Portus est aditus non maioris quam stadiorum septem. A Dysmis ad Plinthinen stadia 200. Locus idoneus

1) Addidi μεγάλης. Primum enim debuit dici, cuius maris stadiasmus esset, et tum etiam in prologo iam ita scriptum erat. Nec minus excidit terrae nomen, cuius descriptio sequitur, quam ob causam Αἴγυπτος addidi.

2) Haec Chersonesus a Ptolemaeo geogr. IV. 5. parva dicitur. Conf. Strabo lib. XVI. p. 799: καὶ Χερσόνησος φρούριον, πλησίον ἤδη τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ τῆς Νεκροπόλεως ἐν ἑβδομήκοντα σταδίοις. Ex his verbis et situ loci a Ptolemaeo indicato apparet, numerum stadiorum β falsum esse, et fortasse scribendum ξ'. Scylax dicit (p. 44 ed. Huds.), Chersonesum circumnavigari posse stadiis ducentis.

3) Quamquam in reliqua oratione numerus stadiorum semper additus est loco terminum ad quem usque mensura definitur constituenti, et totus codex ita refertus est omnis generis flagitiis librarii, ut transpositio non possit ullo modo videri violenta, tamen reliqui στάδια β' pristino loco inclusique λιμήν ἐστι signis parentheseos.

4) Dysmae a nullo alio scriptore commemorantur.

5) In codice ita legitur: χιλω ου μειξ ζ, in quibus literis Iriarte coniecit inesse scripturam χιλίων οὐ μείζονος ζ, quam tamen neque per sermonem licet neque per sententiam pro vera habere. Mihi quidem ita videtur scribendum esse: λιμήν ἐστιν ἀγώγης οὐ μείζονος ἢ σταδίων ζ, ita ut hanc habeamus sententiam: portus est aditus sive oris non maioris quam stadiorum septem. Primum enim videtur ἀγωγὴ hoc loco non posse significare aut importationem aut importatas merces, sed locum, ubi sive per quem quid importetur sive agatur. Numerus mensurae ab Cherboneso usque Dysmas post numerum ζ' a librario omissa est. Verba λιμήν... μείζονος ζ' signis parentheseos circumdedi, atque signa.... addidi.

6) Plinthine videtur fuisse vicus, a quo sinus, ad quem situs fuit, nomen accepit. Cf. Strab. XVII. p. 799, qui tamen nomen Πλυνθίνη scribit. Noster anonymus ipse de Plinthine dicit: σάλος ἐστὶν ὁ τόπος ἀλίμενος. Etiam Ptolemaeus geogr. IV. 6 scribit nomen Πλινθίνη. Scylax habet haec p. 44 ed. Huds.: Ὁ δὲ ἀνάπλους εἰς τὴν λιμνὴν βραχὺς ἐκ Φάρου. Ἔστι δὲ καὶ Χεῤῥόνησος, καὶ λιμήν· ἔστι δὲ τοῦ παράπλου στάδια σ.' Ἀπὸ Χεῤῥονήσου δὲ Πλίνθινός ἐστι κόλπος. τὸ δὲ στόμα ἐστὶ τοῦ Πλινθίνου κόλπου εἰς Λευκὴν Ἀκτὴν πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. Τὸ δὲ εἰς τὸν μυχὸν τοῦ Πλινθίνου κόλπου δὶς τοσοῦτον. Περιοικεῖται δὲ κύκλῳ. Hero-

μενος) σταδ. σ'. Ἀπὸ Πλινθίνης ἐπὶ Ταπόσειριν [1] (πόλις ἐστὶν ἀλίμενος, ἱερὸν τοῦ Ὀσίριδος) σταδ. ζ.' Ἀπὸ Ταποσείρεως ἐπὶ τὸ Χειμῶ [2] σταδ. ζ.' κώμη ἐστί· βράχη ἐπιφαινόμενα. Ἀπὸ τοῦ Χειμῶ ἐπὶ τὸν Γλαῦκον [3] σταδ. π.' Ἀπὸ τοῦ Γλαύκου εἰς Ἀντίφρας [4] (σάλος ἐστὶν ὁ τόπος) σταδ. π.' Ἀπὸ τῶν Ἀντιφρῶν [5] ἐπὶ τὴν Δέῤῥιν [6] (ὕφορμός ἐστι θερινὸς, καὶ ὕδωρ ἔχει) σταδ. ζ.' Ἀπὸ τῆς

appellendo navibus, sed non habet portum. A Blinthine usque ad Taposirin stadia 6. Oppidum sine portu. Ibi templum Osiridis. A Taposiri usque ad Chimum stadia 7. Vicus est. Prope vada conspicua. A Chimo usque ad Glaucum stadia 80. A Glauco ad Antiphras stadia 70. Is locus statio est. Ab Antiphris usque Derrhin (appellunt huc aestate locusque habet aquam) stadia

dot. II. 6: ἀπὸ τοῦ Πλινθινήτου κόλπου. Steph. Byz. Πλινθίνη, πόλις τῆς Αἰγυπτίας, ἀπὸ τῆς Σαμαρείας. V. Casaubonum ad Athenaei deipn. p. 74. — Noster anonymus locum, dictum a Strabone ἡ Νικίου κώμη, non commemorat.

1) Anonymi urbem Ποσίριον appellat Strabo l. l. Ταπόσειρις, qui tamen duo eiusdem nominis oppida circa Alexandriam indicat. Dicit enim XVII. p. 799: εἶτα Κυνὸς σῆμα· εἶτα Ταπόσειρις, οὐκ ἐπὶ θαλάσσῃ, πανήγυριν δεχομένη μεγάλην· καὶ ἄλλη δ' ἐστὶ Ταπόσειρις ἐπέκεινα τῆς πόλεως ἱκανῶς· αὐτῆς δὲ πλησίον ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ πετρῶδες χωρίον, καὶ αὐτὸ δεχόμενον πολλοὺς τοὺς ἀκμάζοντας ἅπασαν ὥραν ἔτους· εἶθ' ἡ Πλινθίνη καὶ Νικίου κώμη· καὶ Χεῤῥόνησος φρούριον, πλησίον ἤδη τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Νεκροπόλεως ἐν ἑβδομήκοντα σταδίοις. et p. 800: μετὰ δὲ τὴν διώρυγα τὴν ἐπὶ Σχεδίαν ἄγουσαν, ὁ ἑξῆς ἐπὶ τὸν Κάνωπον πλοῦς ἐστι παράλληλος τῇ παραλίᾳ τῇ ἀπὸ Φάρου μέχρι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος· στενὴ γάρ τις ταινία μεταξὺ διήκει τοῦ τε πελάγους καὶ τῆς διώρυγος, ἐν ᾗ ἐστιν ἥ τε μικρὰ Ταπόσειρις, μετὰ τὴν Νικόπολιν καὶ τὸ Ζεφύριον, ἄκρα ναΐσκον ἔχουσα Ἀρσινόης Ἀφροδίτης. Steph. Byz. Ταπόσειρις, πόλις Αἰγύπτου, πλησίον Ἀλεξανδρείας. Procop. de aedif. VI. 6: ἐνταῦθα πόλις ἐστὶν ἡμέρας ὁδῷ Ἀλεξανδρείας διέχουσα, Ταπόσιρις ὄνομα, ἵνα δὴ ταφῆναι τὸν τῶν Αἰγυπτίων θεὸν Ὄσιριν λέγουσιν.

2) Non dubitandum est, quin in Χῖ, quod codex Matrit. praebet, locus Χειμῶ κώμη lateat.

3) Glaucon a Ptolemaeo promontorium dicitur.

4) Etiam Strabo XVII p. 799 scribit: αἱ Ἀντίφραι, μικρὸν ἀπωτέρω τῆς θαλάσσης. Ptolemaeus IV. 5 Ἀντίφρα et Steph. Byz. Ἀντίφρα, πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγύς, οὐ πολὺ ἀπωτέρω θαλάσσης. — Verba σάλος ἐστὶν ὁ τόπος, quibus anonymus locum Ἀντίφρας accuratius describit, signis parentheseos circumdedi.

5) Iriarte edidit: Ἀπὸ τοῦ Ἀντιφρ' (sic) ἐπὶ τὸ Δέῤῥον. Ego τῶν Ἀντιφρῶν correxi inclusique ὕφορμος.... ἔχει parenthesi.

6) Anonymus habet: τὸ Δέῤῥον, et τῆς ἡ Δέῤῥας. Post Ἀντίφρας locum nominat Strabo l. l.: εἶθ' ὁ Δέρις λιμὴν, καλούμενος οὕτως διὰ τὴν πλησίον πέτραν μέλαιναν δέρει ἐοικυῖαν· ὀνομάζουσι δὲ καὶ Ζεφύριον τὸν πλησίον τόπον. εἶτ' ἄλλος λιμὴν Λευκάσπις, καὶ ἄλλοι πλείους. εἶτα Κυνὸς σῆμα· εἶτα Ταπόσειρις. Ptolemaeus l. l. Δέῤῥις. Scylax in Thracia p. 27 ed. Huds. indicat simile nomen:

Δέῤῥεως ἐπὶ τὸ Ζεφύριον[1] *(λιμήν ἐστι καὶ σάλος ἔχει) σταδ. υ'. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου εἰς Πηδωνίαν*[2] *σταδ. ρι'. Ἀπὸ σταδίων*[3] *ταύτης σκόπελός ἐστι καὶ καλεῖται Μύρμηξ, καὶ ἀκρωτήριον καὶ καλεῖται Τραχεῖα, σταδ. ζ'. Ἀπὸ Πηδωνίας εἰς Πνιγέα*[4] *σταδ. ζ'. ἀκρωτήριόν ἐστι ταπεινὸν εἰσάγον δεξιῶς εἰς τὸν πλαταμῶνα. Ἀπὸ τοῦ Πνιγέως εἰς τὸν Φοινικοῦντα*[5] *σταδ. ρμ'. (νησία εἰσὶ*[6] *Δίδυμα, ὕφορμος ὑπ' αὐτὰ*[7] *βαθὺς φορτηγοῖς.) ὕδωρ ἔχει λακκαῖον ἐν τῷ φάραγγι. Ἀπὸ Φοινικοῦντος ἐπὶ τὰ Ἑρμαῖα*[8] *σταδ. ζ' ἐκ δεξιῶν*

sunt 7. A Derrhi usque ad Zephyrium stadia 400. Portus est et salum habet. A Zephyrio ad Pédoniam stadia 110. Ab ea stadiis . . . est scopulus, qui Myrmex vocatur, et promontorium, appellatum Trachia stadiis 7. A Pedonia Pnigeum stadia 7. Promontorium humile est, quod ducit a dextra ad rupem in mare imminentem. A Pnigeo ad Phoenicunta stadia 140. Ibi insulae Geminae, ad quas appelli possunt naves onerariae. Habet aquam cisterninam in fossa. A Phoenicunte ad Hermaea

Δέρις ἐμπόριον. Non improbabile est, eadem de causa illud emporii nomen ortum esse.

1) Scripsi *Ζεφύριον*, et paullo post *Ζεφυρίου*. In apographo est: *Ζέφυρον* et *Ζεφύρου λιμήν . . . ἔχει* signis includendum duxi. Promontorium Zephyrium commemorant Strabo et Ptolemaeus l. l. Steph. Byz. *Ζεφύριον . . . ἔστι καὶ ἄκρα τῆς Αἰγύπτου, ἀφ' ἧς ἡ Ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρῖτις, ὡς Καλλίμαχος*. V. Athenaei deipno s. VII. p. 315 et Catullum de Coma Berenices.

2) Anonymus habet *Πεζώνη*, in quo nomine latet Ptolemaei vicus *Πηδωνία*.

3) *Ἀπὸ σταδίων ταύτης*. Hic locus mendosus est. Dubito, num Iriarte eum recte legerit, nisi, quod probabilius, iam librarius ita scripsit. Hoc fortasse modo potest legi: *Ἄπο ταύτης σταδίοις ζ' σκόπελός — καὶ καλεῖται Τραχεῖα* (in apogr. *Τραχέα*.) Haec videtur certe sententia scriptoris. Ptolemaeus inter Derrhin et Glaucum portum *Λεύκασπιν* commemorat, neque ibi habet Zephyrion, Pedoniam et Pnigeum, sed paulo post *Πηδωνία*, urbs et insula, atque *Πνιγεύς* commemorantur.

4) Pnigeus etiam a Strabone commemoratur XVII. p. 799: *Λευκὴ ἀκτὴ καλουμένη· ἔπειτα Φοινικοῦς λιμὴν, καὶ Πνιγεὺς κώμη· εἶτα νῆσος Πεδονία, λιμένα ἔχουσα· εἶτ' Ἀντίφραι.*

5) Phoenicus ut portus invenitur apud Strabonem et Ptolemaeum.

6) *εἰσὶ* non ad Phoenicuntem referri potest, sed supplendum *πρὸς τοῦτον τὸν λιμένα* i. e. *Φοινικοῦντα*. — *Δίδυμα* certissime sunt insulae duae *Δίδυμαι*, quae a Ptolemaeo sub gradu 60 longit. et 31' 30'' latit. commemorantur.

7) *ὕφορμος ὑπ' αὐτὰ* ad *Δίδυμα* referendum esse ducebam. — Iriarte edidit *βάθος*, em. *βαθύς*. Post *φορτηγοῖς* pone punctum. — *φάραγι* edidit Iriarte e codice suo, sed coniecit scribendum *φάραγγι*, quod ferri potest, quamquam *φάραγξ* est generis feminini. Fortasse scribi debet *φαραγγίῳ*, sed nihil mutavi.

8) Haec Hermaea etiam a

τὴν ἄκραν ἔχων ὁρμίζου· ὕδωρ ἔχει ἐπὶ τοῦ πύργου. Ἀπὸ τῶν Ἑρμαίων ἐπὶ Λευκὴν Ἀκτὴν [1] σταδ. κ.' νησίον παράκειται ἐκεῖ ταπεινὸν, ἀπέχον ἀπὸ τῆς γῆς σταδ. β'· ὕφορμός ἐστι φορτηγοῖς τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις. ἐν δὲ τῇ γῇ ὑπὸ τὸ ἀκρωτήριον ὅρμος ἐστὶ μακρὸς παντοίαις ναυσίν,[2] ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ ἐπίσημον χρηστήριον· ὕδωρ ἔχει παρὰ τὸ ἱερόν. Ἀπὸ Λευκῆς Ἀκτῆς ἐπὶ Ζύγριν [3] σταδ. ζ.' νησίον ἐστὶν εὐώνυμον· προσορμίζου· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ. Ἀπὸ Ζύγρεως εἰς Λαοδαμάντειον [4] σταδ. κ.' νῆσος ἱκανῶς παράκειται μεγάλη· αὐτὴν ἔχων δεξιὰ κατάγου· λιμήν ἐστι παντὶ ἀνέμῳ· ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ Λαοδαμαντείου ἐπὶ τὸ Καλαμαῖον [5] σταδ. μ.' ἀκρωτήριόν ἐστι ἔχον σκόπελον, ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ὕφορμον. Ἀπὸ τοῦ Καλαμαίου ἐπὶ Γραίας γόνυ [6] σταδ. θ.' ἄκρα ἐστὶ πάχεια, ἔχουσα ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ σκόπελον, ἐπὶ δὲ τῆς γῆς δένδρον· ὅρμος ἐστὶ καὶ ὕδωρ ἔχει ὑπὸ δένδρων· φυλάσσου νότον. Ἀπὸ Γραίας Γόνατος ἐπὶ τὸν Ἄρτον σταδ. ρκ.' ἀκρωτήριόν ἐστι τραχὺ,

stadia 7. Promontorium a dextra habens appelle navem. Id habet aquam in castello. Ab Hermaeis ad albam ripam stadia 20. Adiacet insula humilis distans a continente stadiis 2: huc appelli possunt onerariae defenduntur que a ventis ab occidente flantibus. In continente autem sub promontorium est portus longus opportunus omnibus navibus. Ibi est templum et nobile oraculum Apollinis, estque fons propter templum. Ab alba ripa ad Zygrin stadia 7. Est ibi parva insula. Appellere. Est aqua in arena. A Zygri ad Laodamantium stadia 30. Adiacet insula satis magna. Eam ad dextram habens appellere. Portus defendit ab omni vento et habet aquam. A Laodamantio ad Calamaeum stadia 40. Promontorium est habens scopulum. Ad dextram illius est locus ad appellendum. A Calamaeo ad Anus genu stadia 9. Promontorium est magnum, habens in cornu rupem. In continente terra arbores.

Ptolemaeo commemoratur, dicente Ἑρμαία..... Item Ptolemaeus cum Strabone et Scylace Λευκὴν ἀκτὴν habet, quam noster anonymus tantum Λευκὴν appellat.

1) Ego autem Ἀκτὴ inserui. — Νησίον, cuius noster hic meminit, videtur ea esse quam Ptolemaeus l. l. Πηδωνία appellat. Hoc colligo ex Ptolemaei gradibus, etiam ex Strabonis l. l.

2) Post ναυσὶν posui comma.

3) Ζύγρην et paullo post Ζυγρέων mutanda sunt, et ex Ptolemaeo sive Ζυγὶν et Ζυγέως, sive Γυζὶς et Γυζέως scribendum. Noster enim ipse mox iterum habet Ζυγρὰς et Ζυγρῶν.

4) Λαδαμάντην ed. Iriarte, ego Λοαδαμάντειον scripsi. Scylax p. 44: Ἀπὸ δὲ Λευκῆς Ἀκτῆς εἰς Λαοδαμάντειον λιμένα πλοῦς ἡμισυ ἡμέρας.

5) Καλαμεῖον est Ptolemaei Καλλίον ἄκρον.

6) Promontorium Γραίας γόνυ etiam Ptolemaeus commemorat.

ἀνάτεινον εἰς τὸ πέλαγος,[1] *οὐκ ἔχον ὕφορμον· καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρωτηρίου δύο νῆσοι ὡς ταῦροι·*[2] *ταύτας*[3] *κάμψας ὄψει τὴν πόλιν Παραιτόνιον.*[4] *Γίνονται ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Παραιτόνιον στάδιοι ͵αφν'.*

Ἀπὸ Παραιτονίου ἐπὶ τὸ Ζεφύριον σταδ. ζ' λιμήν ἐστι παντὶ ἀνέμῳ, καὶ ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου εἰς Δελφῖνας[5]

Portus est et habet aquam inter arbores. Cave notum. Ab Anus genu usque ad Artum stadia 130. Promontorium est saxosum, imminens in mare, non habens locum ad appellendum. Atque ad promontorium sunt duae insulae tanquam tauri: eas postquam flexisti, conspicabere oppidum Paraetonium. Universa stadia ab Alexandria Paraetonium sunt 1550.

A Paraetonio ad Zephyrium stadia 7. Portus arcet omnes ventos et habet aquam. A Zephyrio usque ad Delphines stadia 7.

1) Transponenda duxi verba *ἀνάτεινον εἰς τὸ πέλαγος*, quae Iriarte e codice post *νῆσοι* edidit.

2) *Ταῦροι δύο, ὡς νῆσοι* e cod. Iriarte edidit.

3) Cod. *ταύτην.* Ego *ταύτας* scripsi propter *νῆσοι*, quae essent tanquam cornua promontorii.

4) In codice est *Παρατόνιον*, sed cum apud ceteros omnes scriptores *Παραιτόνιον* sit, et cum infra librarius ipse *Παρετόνιον* scripserit, putavi scribendum esse *Παραιτόνιον.* Ceterum in numero stadiorum, quae a Paraetonio usque Alexandriam naviganti conficienda sint, Strabo et anonymus fere consentiunt; nam iste dicit, esse ad tria millia trecenta stadia, XVII. p. 898 sq.: *Ἀπὸ μὲν οὖν Καταβαθμοῦ εἰς Παραιτώνιον εὐθυπλοῦντι, σταδίων ἐστὶν ἐννακοσίων ὁ δρόμος· πόλις δ' ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τετταράκοντά που σταδίων· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτώνιον τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἀμμωνίαν. Μεταξὺ δὲ ἥ τε Αἰγυπτίων κώμη καὶ Αἰνησίσφυρα ἄκρα, καὶ Τυνδάριοι σκόπελοι, νησίδια τέτταρα, ἔχοντα λιμένα· εἶθ' ἑξῆς ἄκρα Δρέπανον· καὶ κώμη Ἆπις, ἀφ' ἧς εἰς μὲν Παραιτώνιον στάδιοι ἑκατὸν, εἰς δὲ Ἄμμωνος, ὁδὸς ἡμερῶν πέντε, ἀπὸ δὲ τοῦ Παραιτωνίου χίλιοί που καὶ τριακόσιοι στάδιοι. Μεταξὺ δὲ πρῶτον μὲν ἄκρα λευκόγειος, Λευκὴ ἀκτὴ καλουμένη.* Paraetonium, quod Strabone auctore etiam Ammonia dictum est, fuit ultimum oppidum regni Aegyptiorum. Anonymus noster definit Aegyptum urbe Paraetonio, quamobrem totum intervallum inter Alexandriam atque Paeraetonium computatis stadiis determinat. Strabo lib. XVII. p. 798 Aegypti fines usque ad Catabathmum profert, qua in re Anonymus noster cum Strabone consentit.

5) Locum *Δελφῖνες* a nullo alio commemoratum vidi. Ceterum recte mihi correxisse videor transponendis verbis. In Iriartis apographo enim sic est scriptum: *Ἀπὸ Παρατονίου εἰς Δελφῖνας σταδ. ζ. Ἀπὸ Δελφῖνας ἐπὶ τὸ Ζεφύρον σταδ. ζ. νῆσοί εἰσι δύο καὶ ἀκρωτήριον. λιμήν ἐστι κ. τ. λ.* Primum autem post legitur: *Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου καὶ τῶν Δελφίνων ἐπὶ Νάτην*, qui ordo nominum, pro eo ut in apographo est, falsus esset; deinde apparet, verba *νῆσοί εἰσι δύο καὶ ἀκρωτήριον* coniungenda esse cum *Δελφῖνας*, quippe quae loca istis designen-

σταδ. ζ.′ νῆσοί εἰσι δύο καὶ ἀκρωτήριον. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου καὶ τῶν Δελφίνων ἐπὶ Νάτην[1] σταδ. λ′. κώμη ἐστί· ἐπὶ ταύτην πλέεις σταδ. κ′. ὅρμος ἐστίν· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ κώμῃ. Ἀπὸ τοῦ Ναυτίου εἰς νήσους σταδ. ζ.′ Ἀπὸ τῶν νήσων[2] εἰς Λινύδα[3] σταδ. ο′. ἄκρα ἐστὶν ἔχουσα ὕφορμον· ἔχει δὲ ἐκ δεξιῶν βράχη. καθορῶν τὸ βράχος κατάγου. Ἀπὸ Λινύδος ἐπὶ Ἀζὺ σταδ. η′. Ἀπὸ τῆς Ἀζὺ ἐπὶ τοὺς Δυνδαρείου[4] σκοπέλους σταδ. ρκ′. νησία εἰσίν· ὑπὸ ταῦτά ἐστι φορτηγοῖς κρυπτοβολία. Ἀπὸ τῶν Σκοπέλων ἐπὶ τὴν Χετταίαν[5] σταδ. ρμ.′ ὕφορμός ἐστι πλοίοις μικροῖς· ὕδωρ ἔχει πηγαῖον ἀνακτὸν ἐν τοῖς ἀγροῖς· Ἀπὸ Χετταίας ἐπὶ Ζύγριν σταδ. ρμ′. Ἀπὸ Ζύγρεως εἰς Αἰνησίσφυραν[6] σταδ. ε′. ὕφορμός ἐστι θερινός· ὕδωρ

Sunt duae insulae atque promontorium. A Zephyrio et Delphinibus usque ad Natin stadia 30. Vicus est, ad quem navigando pervenis stadiis viginti. Ibi et portus est et aqua. A Nauti ad insulas stadia 70. Promontorium est habens locum ad appellendum. Habet autem ad dextram brevia. Ea conspicans appellere. A Linyde ad Azy stadia 90. Ab Azy ad scopulos Tyndaridas stadia 120. Insulae sunt. Sub eas onerariae a ventis tutae sunt. A scopulis ad Chettaeam stadia 140. Appelli potest navigiis parvis. Habet aquam fontanam, petendam in agris. A Chettaea ad Zygrin stadia 140. A Zygri ad Aenesisphyran stadia 5. Est statio aestiva navium. Habet aquam in

tur. Denique mea emendatio etiam eo confirmatur, quod scriptura *ἀπὸ Δελφῖνας* scribam oculis aberravisse probat. — In Iriartis apographo *τὸ Ζέφυρον*.

1) In Iriartis apographo legitur: *Ἀπὸ τοῦ Ζεφύρου καὶ τῶν Δελφίνων ἐπὶ Νάτην σταδ. λ. κώμη ἐστὶ ταύτην πλέεις σταδ. κ. ὅρμος ἐστίν· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ κώμῃ. Ἀπὸ τοῦ Ναυτίου εἰς νήσους σταδ. ζ.* Quisque videt, in his verbis a scriba multum peccatum esse. Hoc tamen commemorandum est, nec posse ad liquidum perduci, utrum nomen *Νάτην* an *Ναυτίου* verum sit, nec utrum quidquam omissum. Post *κώμη ἐστὶ* punctum posui. Ante *ταύτην* addidi *ἐπὶ*.

2) *Νῆσοι* videntur intelligendae esse *Φωκοῦσαι* insulae a Ptolemaeo commemoratae.

3) In Iriartis apographo *Λινύδας*. Cum statim post sequeretur *Λινύδος* et ipsa forma patrocinaretur tertiae declinationi, scribendum duxi *Λινύδα*. Ceterum a nemine is locus commemoratur. Nec magis a quoquam commemoratur *Ἀζὺ*, nisi in hoc nomine *Ζαγυλὶς* vicus latet, cuius Ptolemaeus meminit.

4) Quam plane corrupta sint nomina in hoc fragmento, hoc ipso exemplo indicare possumus. In apographo enim est: *Ἀπὸ τῆς Ἀζὺ ἐπὶ Δαρείου σταδ. ρπ. σκοπελοί εἰσιν, ὑπὸ ταῦτα κ. τ. λ.* Me recte correxisse, diligenter haec verba consideranti liquebit.

5) Non dubitandum est, quin *Χαυταῖον* Ptolemaei *Χετταία* sit.

6) In apographo est *Ἐννησύφορα*. Codices librorum Strabonis variant inter *Νησίσφυρα* et *Αἰνησίσφυρα*; sed cum Ptolemaeus

ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ καὶ ἐπὶ θαλάσσης σκόπελον. Ἀπὸ Αἰνησισφύρας εἰς Καταβαθμὸν[1] σταδ. ρκ΄. χώρα ἐστὶν ὑψηλή· λιμὴν ἐστι παντὶ ἀνέμῳ· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ πρώτῃ ναπῃ εἰς τὸ πρὸς νότον μέρος, ἐν τῷ φρουρίῳ ὄμβριον. Ἀπὸ Καταβαθμοῦ εἰς Περάοντα[2] σταδ. ρν΄. παραπλεύσας ὡς σταδίους λ΄ ὄψει παρεμφαίνουσαν ἄκραν ὑψηλὴν καὶ μεγάλην· κατ' αὐτὴν ὄψει εἰς σάλον καὶ λίμνην μεγάλην· ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων χειροποίητος ὅρμος ἐστίν· ἔχει δὲ ὕδωρ ἐπὶ τὴν συκήν· διὸ καὶ ὁ τόπος Συκὴ καλεῖται. Γίνονται ὁμοῦ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως Περάοντος ἤτοι Συκῆς στάδιοι ,ασ΄.

arena et ad mare scopulum. Ab Aenesisphyra ad Catabathmum stadia 120. Est terra alta. Portus tutas praestat naves ab omnibus ventis. Aquam habet in prima convalle ad meridiem vergente, in castello pluviam. A Catabathmo ad Peraonta stadia 150. Praetervectus circiter triginta stadia conspicaberis promontorium altum et magnum, quod comparet. Super eo despicies in salum et magnum lacum. A sinistra autem est portus manu factus. Habet autem aquam propter ficum, quapropter locus etiam Ficus appellatur. Universa stadia ab Alexandria usque ad Peraonta sive Ficum sunt 1200.

eandem insulam *Αἰνησίσφοραν* appellet et ad similitudinem huius nominis etiam anonymus noster accedat, videtur ab editoribus Strabonis iure et recte scriptura *Αἰνησίσφυρα* restituta esse.

1) In apographo falso est: *Καταβάθλιον*. Ad hoc usque oppidum porrecti erant fines regni aegyptii. Post id erant fines agri cyrenaici. Porro Catabathmus erat finis Africae et Asiae. Cf. Strab. XVII, p. 1195. Polyb. XXXI, 27. Plin. V, 5. Mela I, 8. Sall. Iug. c. 19. Quod autem anonymus addit, Catabathmum fuisse campum editum, id neque cum nomine ipso, quod descensum significat, neque cum ceteris scriptoribus convenit, quamobrem fortasse pro *ὑψηλή* aliud quod vocabulum substituendum est. Nam Mela loco memorato Catabathmum vallem dicit devexam in Aegyptum, et Sallustius declivem latitudinem, et anonymus ipse infra dicit *νάπῃ*. Quocirca si scriptura *ὑψηλή* vera est, oportet verbum *ὑψηλή* significare adscendens: eine aufsteigende (scilicet ab Aegypto) Ebene. In sequentibus non putavi *ὕδωρ* coniungendum esse cum *ὄμβριον*, sed, ut interpretatio docet, duo membra esse.

2) Num *Περάοντα* rectum sit, videtur valde dubitandum esse, praesertim quum infra scribatur: *περεύοντος Συκῆς*. Facile esset emendare, si idem locus significaretur, qui a Scylace *Πέτρας* dicitur, qui tamen ipse locus cum infra commemoretur nomine *Περεύοντος*, vix potest is hoc loco ab anonymo commemoratus esse, nisi forte ratio regionum ea est, ut utroque loco idem locus significetur. Potest quidquam odiosius esse, quam scriptorem edere, qui tam praeposterus ac perturbatus in omnibus sit rebus? Addidimus *ἤτοι* ante *Συκῆς*.

Λοιπὸν Μαρμαρική.

Ἀπὸ Συκῆς εἰς Πάνορμον[1] σταδ. λ'. νάπη ἐστὶ βαθεῖα· ὕδωρ ἔχει ὑπὸ τὰς Συκὰς πάνυ καλόν. Ἀπὸ Πανόρμου ἐπὶ τὴν Εὐρείην[2] σταδ. ρη'. φάραγξ ἐστί· ἔσω δὲ αἰγιαλὸς·[3] ἐπ' αὐτοῦ Συκαί· ὅρμος ἐστὶ καλός· ὕδωρ ἔχει γλυκύ. Ἀπὸ Εὐρείας ἐπὶ τὸν Πέτραντα·[4] ὕδωρ ἔχει πολὺ ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν. Ἀπὸ Πέτραντος ἐπὶ τὴν Καρδάμην[5] σταδ. ρη'. ὅρμος ἐστὶν καὶ ἄκρα ἀπολήγουσα σκοπὰς ἔχουσα· ὁρμίζου ἐπ' αὐτὴν τοῖς ἄνωθεν ἀνέμοις· ὕδωρ ἔχει ἐν ταῖς ἠπείροις· Ἀπὸ τῆς Καρδαμώσεως εἰς Μενέλαον[6] σταδ. ρ'. λιμήν ἐστιν· ὕδωρ ἔχει πλατὺ ἐν τῇ ἄμμῳ. Ἀπὸ Μενελάου εἰς Καταναίας[6] σταδ. ο'. προσφερόμενος ὄψει θῖνα λευκήν· ὕδωρ ἔχει πλατὺ ἐν τῇ ἄμμῳ. Ἀπὸ Κατα-

Deinde Marmarice.

A Fico ad Panormum stadia 30. Est convallis profunda. Aquam habet perquam pulcram inter ficos. A Panormo ad Euriam stadia 108. Ibi lacus est intus autem litus, in quo fici sunt. Est pulcher portus et habet dulcem aquam. Ab Euria usque ad Petranta. Habet aquam in utraque parte. A Petrante ad Ardanin stadia 180. Portus est et promontorium quod desinit in turres. Appellere huc, tutus eris a ventis septentrionum. In continente terra aquam habet. Ab Ardani ad Menelaum stadia 100. Portus est. Habet aquam salinam in arena. A Menelao ad Catanaeas stadia 70. Circumvectus cernes litus album. Habet in arena aquam salinam. A Catanaeis ad Cyrthanium stadia 108.

1) Panormus praeter Ptolemaeum a nemine memoratur, qui eum locum portum esse dicit.

2) In apographo falso: *Εὐρείην*.

3) Non potui ex his verbis aliam sententiam elicere nisi quam interpretando persequutus sum. *Αἰγιαλὸς* enim videtur hoc loco significare litus fertile oppositum litori saxoso aut arenoso.

4) Scylacem sequutus sum, qui hunc portum Petrantem magnum dicit. A Ptolemaeo dicitur *ὅρμος Πέτρας μεγάλης*, quo ex nomine maxime apparet veram esse scripturam Scylacis.

5) Admodum probabile est *Καρδάμην* esse Ptolemaei promontorium *Ἀρδανίδα* sive *Ἄρδανιν*. Nos consulto nihil correximus, quod si fiat, hoc modo faciendum sit *ἐπὶ τὴν Ἄρδανιν — Ἀπὸ τῆς Ἀρδάνεως*, quae profecto ipsae emendationes sustinentur duplici scriptura *Καρδάμην* et *Καρδαμώσεως*.

6) Menelaus portus a Scylace et Strabone commemoratur. Eum nomen inventum habere a Menelao, qui in errore suo huc pervenisset, et re vera a Strabone traditum nobis est et si non esset per nos ipsi potuissemus, quae est veterum curiositas, suspicari.

7) Ex verbis apparet Cataneas esse promontorium, quocirca non dubitandum est, quin idem sit, quod a Ptolemaeo *Καταιόνιον*

νέων εἰς Σκυρθάνιον[1] σταδ. ρκ΄. ἄπο σταδίοις ὀκτὼ παραπλέε· ἔχει γὰρ βράχη ὑψηλὰ καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Σκυρθανίου εἰς Ἀντίπυργον[2] σταδ. σκ΄. ὅρμος ἐστὶ θερινός· νῆσος δέ ἐστι καὶ κατ' αὐτὴν πύργος καὶ ἱερὸν τοῦ Ἄμμωνος· ὕδωρ ἔχει ἐν τῷ αἰγιαλῷ τῷ ἐξ ἐναντίας.[3] Ἀπὸ τοῦ Μικροῦ Πέτραντος[4] εἰς τὸν Βάτρακον[5] σταδ. λ΄. ὕφορμός ἐστι θερινὸς· ἄκρα ἐστὶ σκοπὰς ἔχουσα· ἔχει ὕδωρ πολὺ ἐν τῇ νάπῃ. Ἀπὸ τοῦ Βατράκου εἰς Πλατεῖαν[6] σταδ. σν΄. πρὸς τῷ πελάγει κεῖται νῆσος καλουμένη Σιδωνία ἄπο[7] σταδίοις λ΄· ἔχει ὕφορμον θερινὸν φορτηγοῖς· ἔχει δὲ ὕδωρ πρὸς τῇ γῇ ἐν τῷ πύργῳ. Ἀπὸ Πλατείας εἰς τὸ Παλίουρον·[8] ὕδωρ ἔχει πλατύ. Ἀπὸ τοῦ Παλιούρου εἰς τὴν Φθίαν[9] σταδ. ς΄· ὕδωρ ἔχει συνακτὸν· ἄπο σταδίους ιε΄. Ἀπὸ τῆς Φθίας εἰς τὸν Διόνυσον[10] σταδ. ς΄. ἐντεῦθεν ἀριστερὰ κατάγου. Ἀπὸ τοῦ Διονύ-

Nonnullo ab eo intervallo praeternaviga; habet enim alta vada et aquam. A Scyrthanio ad Antipyrgon stadia 220. Est portus aestivus. Insula ibi est in eaque castellum et templum Ammonis. Habet aquam in litore opposito. A Parvo Petrante ad Batracon stadia 30. Est statio navium aestiva. Est promontorium habens castella. Habet multum aquae in convallibus. A Batraco ad Platean stadia 250. Ad mare iacet insula, nomine Sidonia. Est onerariis statio aestiva. — Habet autem aquam in continente in castello. A Platea ad Paliurum. Habet aquam salinam. A Paliuro ad Pthiam stadia 6. Habet aquam, quae petitur stadia quindecim. — A Pthia ad Dionyson stadia 6. Huc ad dextram appellere. A Dionyso ad Cherroneson stadia 6.

appelletur. Consensus scripturae *Καταναίας* et *Καταναίων* me prohibuit a mutando.

1) In Apographo est: *Πυρθμάνιον* et *Πυρθμανίου*. Quum et Scylax et Ptolemaeus habeant *Σκυρθάνιον* aut *Κυρθάνιον*, putavi eos sequendum esse.

2) Scylax scribit *Ἀντιπύγος*. Ptolemaeus cum anonymo consentit, et certe, ut hic locus ipse docet, cum eo significetur turris, quae est opposita alii in insula propinqua aedificatae.

3) Utrum recte correxerim nec ne statuant alii. In apographo sic est: *ἐξεναντίας*, quod ego quidem non concoquo.

4) Secutus sum Scylacem scribentem *Πέτραντος*, quae scriptura consentit, ut supra, cum Ptolemaei scriptura: *Πέτρα σμίκα*.

5) Secutus Ptolemaeum sum; in apographo est *Βάτραχος*.

6) Iriarte ed. *Σταδαίαν*, quod nemo alius commemorat. Certe idem locus, quem mox apogr. *Πλατέος* appellat.

7) In apographo sic est: *ἀπὸ σταδίων λ. ἔχει δὲ ὕδωρ κ. τ. λ.* et tum: *ἀπὸ πλαττέος*. Videor locum sanavisse.

8) Paliurus etiam a Ptolemaeo memoratur.

9) Sequutus sum Ptolemaeum. Anonymus habet *Φαίαν* et *Φαίας*.

10) Haud dubie *Διονύσιον* scribendum est. Locus a nemine memoratur. Ceterum videtur *Δάρδανις* Ptolemaei esse.

σου εἰς Χεῤῥόνησον[1] σταδ. σ'. Ἀπὸ Χερσονήσου ἐπὶ τὴν Ναζαρίδα[2] σταδ. ρ'. ἐντεῦθεν ἀναχθεὶς παράπλεε· πέτραι εἰσὶν ὑψηλαὶ, ὕδωρ ἔχουσαι καὶ ποταμὸν μέγαν. Ἀπὸ τῆς Ναζαρίδος, παραπλεύσας τὰ Πατάγαια, εἰς Ζαρινὴν[3] σταδ. ρν'. Ἀπὸ Ζαρινῆς ἐπὶ τὸ Ζεφύριον[4] σταδ. ρν'. ἄκρα ἐστὶ δικαία· ὕφορμός ἐστι θερινός. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου εἰς Χέρσιν[5] σταδ. ο'. ἀνάμεσον τοῦ Ζεφυρίου καὶ τοῦ Χέρσεως ἀπέχων σταδίοις ι.' ἐστὶν ὅρμος Ἀφροδισιὰς[6] καλούμενος· ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ ἱερὸν Ἀφροδίτης. Ἀπὸ τοῦ Χέρσεως ἐπὶ τὸ Ἐρυθρὸν[7] σταδ. σ'. κώμη ἐστὶν. Ἀπὸ τοῦ Ἐρυθροῦ εἰς Ναύσταθμον σταδ. ο.' σάλος ἐστὶν ἀνατείνων· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ. Ἀπὸ Ναυστάθμου εἰς Ἀπολλωνίαν[8] σταδ. ρκ'. Πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Παραιτονίου εἰς Ἀπολλωνίαν στάδιοι ,γφν'.

A Chersoneso ad Nazarin stadia 100. Inde nave soluta flecte cursum: sunt rupes altae, aquam habentes et magnum fluvium. A Nazaride, praetervectus Patagaea, ad Zarinen stadia 150. A Zarine ad Zephyrium stadia 150. Promontorium est laeve. Est statio aestiva navium. A Zephyrio ad Chersin stadia 70. Inter Zephyrium et Chersin, a terra distans stadiis decem, est portus, portus Veneris vocatur. Est autem iuxta eum templum Veneris. A Chersi ad Erythron stadia 6. Vicus est. Ab Erythro ad Naustathmum stadia 80. Est sinus longus. Habet aquam in arena. A Naustathmo ad Apolloniam stadia 120. Universa stadia a Paraetonio ad Apolloniam 3550.

1) Haec Chersonesus a Ptolemaeo magna dicitur.

2) Nazaris a nemine memoratur. Post παράπλεε haud dubie nomen istarum rupium excidit, et quidem, ut e sequentibus efficitur, Πατάγαια.

3) Nullus alius huius loci recordatur.

4) Hoc Zephyrium etiam a Strabone et Ptolemaeo memoratur.

5) Quid nominis in Χέρσην et Χερσίον, quod utrumque corruptum est, lateat docet Ptolemaeus, qui Χέρσις scribit.

6) Tenendum est hunc portum Aphrodisiadem in insula, cognomine Laea, Ptolemaeo auctore appellatam fuisse; quamobrem ad ἀπέχων supplendum est ἀπὸ τῆς γῆς.

7) Erythri etiam Ptolemaeus recordatur, ut etiam Naustathmi (stationis navium) portus, quem Strabo quoque nominat.

8) Apollonia fuit portus Cyrenarum. — Cum tot nomina a nullis aliis commemorata videamus, ne quis eam rem miretur, consideret, quae Scylax dicit: καὶ ἄλλαι δὲ καταφυγαὶ ὑπὸ νησιδίοις καὶ ὕφορμοι καὶ ἀκταὶ πολλαὶ, ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ (id est ab Alexandria ad Naustathmum). Strabo dicit, ab Apollonia ad Catabathmum esse duo millia et ducenta stadia, quocum anonymus fere consentit, qui a Paraetonio usque ad Apolloniam metitur tria millia quingenta quinquaginta stadia.

Λοιπὸν Κυρήνη.

Ἀπὸ Ἀπολλωνίας εἰς Φυκοῦντα[1] σταδ. ρ'. ὅρμος ἐστὶ θερινὸς τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, καὶ κώμην [ὁρμίζουσαν ὑπ' αὐτοῖς] καὶ ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ Φυκοῦντος εἰς Ναυσίδα[2] σταδ. ρν'. κώμη ἐστίν· ἔχει ὕδωρ ἐν τῷ αἰγιαλῷ. Ἀπὸ Ναυσίδος εἰς Πτολεμαΐδα[3] σταδ. σν.' πόλις ἐστὶ μεγίστη· ἐπίσαλός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ νῆσον ἔχει, Ἶλος καλεῖται· ἀσφαλίζου. Ἀπὸ Πτολεμαΐδος εἰς Τεύχειραν[4] σταδ. σν'. πόλις ἐστὶ Πενταπόλεως ἀρχαία· αὕτη καλεῖται Ἀρσινόη. Ἀπὸ Τευχείρας εἰς Βερενίκην[5] σταδ. τν.' Ὁ

Deinde Cyrenes.

Ab Apollonia ad Phycunta stadia 100. Portus est aestivus. qui defendit a ventis naves ab occasu flantibus et habet villam et aquam. A Phoenicunte ad Nausidem stadia 106. Vicus est. In litore aquam habet. A Nauside ad Ptolemaidem stadia 250. Est oppidum magnum: est ventis expositum et insulam habet. Ea Ilus appellatur. Cave ne navem frangas. A Ptolemaide ad Teuchiram stadia 250. Est urbs antiquissima Pentapoleos appellatur Arsinoe. A Teuchira ad Berenicen sta-

1) In apographo corrupte *Φοινικοῦντα* et *Φοινικοῦντος*. Hoc promontorium, in quo et portus et oppidum erat, ab omnibus scriptoribus et graecis et latinis commemoratur. In eo dicebantur esse horti Hesperidum. Ab eo sinus magnus nomen habebat. Tum in apographo sic est: *κώμην ἔχει ὁρμίζουσαν ὑπ' αὐτοῖς ἀφ' ἑσπερίου ἀνέμοις. ὅρμος ἐστὶ θερινὸς καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ* —

2) Nausis est Ptolemaei *Αὐσίγδα*.

3) Is locus Ptolemaeorum demum tempore et urbs facta est et nomen Ptolemaidos accepit. Nam antea fuit tantummodo portus urbis Barcarum, quae paulo longius abesset a mari. Quamobrem etiam Strabo et Plinius in eo errant, quod opinantur Ptolemaidem prioribus temporibus Barcas appellatam esse, quum tamen Barcae ipsae urbs et ea satis magna fuissent. Quae deinceps insula Ilus commemoratur, eam putat Pacho eandem esse atque Ptolemaei Myrmecen. De hac re potest vehementer disceptari.

4) Teuchira colonia Cyrenensium, aliquamdiu, regnantibus Ptolemaeis, nomen gessit Arsinoes.

5) In apographo est: *Ἀπὸ Τευχείρων εἰς Βερνικίδα*, et deinceps *Βερνικίδος*. Promontorium in quo Berenice posita erat, dicebatur Pseudopanis. Cfr. Strabo XVII, p. 836 sq. Non alienum videtur eum locum Plinii transscribere totum, quo ab eo haec regio Cyrenensium tractata est; is autem est lib. V. 5: Cyrenaica, eadem Pentapolitana regio, illustratur Hammonis oraculo, quod a Cyrenis abest CCCC millia passuum (80 milliaria germ.): fonte solis: urbibus maxime quinque, Berenice, Arsinoe (Teuchira), Ptolemaide, Apollonia, ipsa Cyrene. Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum urbs, vagantibus Graeciae fabulis. Nec procul ante oppidum fluvius Lethon, lucus sacer, ubi Hesperidum horti memorantur.

πλοῦς κάμπτεται· πλεύσας σταδίους σ' ὄψει ἀκρωτήριον πρότεινον πρὸς ἑσπέραν· παράκειται δὲ βράχη μετέωρα· φυλάσσου παραπλέων· ὄψει δὲ νησίον ταπεινὸν μελανόν. Βραχεῖα καλεῖται τὸ ἀκρωτήριον· εἰς τὰ εὐώνυμα ἔχει ὅρμον πλοιαρίοις μικροῖς. Οἱ πάντες ὁμοῦ ἐξ Ἀπολλωνιάδος εἰς Βερενίκην σταδδ. ͵αρν'.

Λοιπὸν Σύρτις Κυρηναίων.

Ἀπὸ Βερενίκης εἰς τὰ Ῥινία σταδ. ξ.' Ἀπὸ [τῶν] Ῥινίων ἐπὶ τὸν Πίθον σταδ. ι.' Ἀπὸ τοῦ Πίθου ἐπὶ Θεοτιμαῖον σταδ. α.' ὅρμος ἐστὶ θερινός· ὑφαλὸς βαθύς. Ἀπὸ Θεοτιμαίου ἐπὶ Ἅλας σταδ. ψι.' αἰγιαλός ἐστιν. Ἀπὸ τῶν Ἁλῶν ἐπὶ τὸ Βόρειον[2] σταδ. ν.' ἀκρω-

dia 350. Cursus navis flectitur. Postquam navigaveris stadia 200, conspicies promontorium, excurrens in occasum. Adiacent autem vada editn. Cave, ea praetervehens. Conspicies autem parvam insulam humilem ac nigram. Promontorium vocatur Brachia. A sinistra habet portum, quo appelli possunt parva navigia. Universa stadia ab Apolloniade usque ad Berenicen sunt 1150.

Deinde Syrtis Cyrenaeorum.

A Berenice ad Rhinia stadia 60. A Rhiniis ad Pithon stadia 10. A Pitho ad Theotimaeon stadium unum. Est statio navium aestiva. Solum est profundum. A Theotimaeo ad Hales stadia 711. Litus est. Ab Halibus ad Borium stadia 50. Promonto-

Abest a Lepti (magna) CCCLXV millia passum (73 mill. germ.). Ab ea Arsinoe, Teuchira vocitata, (quae ab anonymo antiquissima Pentapoleos dicitur esse) XLIII millia passuum (paulo plus 5 mill. gem.) Et deinde Ptolemais, antiquo nomine Barce (cf. quae supra diximus) XXII millia passuum. (4 mill. germ.) Mox XL milia passuum (ipsa 5 mill. 9.) promontorium Phycus per Creticum mare excurrit, distans CCCL millia passuum (ipsa 70 mill. germ., ita ut Strabonis mensura, duo millia octingenta stadia, plane cum Plinii mensura consentiat) a Taenaro Laconicae promontorio. A Phycunte Apolloniam XXIV millia passuum (non plane 7 mill. germ.). Ad Chersonesum LXXVVIII millia passuum (ad 17 mil. germ.). Unde Catabathmum CCXVI millia passuum (43 mill. germ.)

1) In apographo est Ῥίνον. Locus a nemine commemoratur, nec magis Pithon et Theotimaeon. In apographo est Θεοτιμαίαν. Sequentem formam rectiorem esse ducebam. Tum in apographo ὑπαλὸς βαθύς. Num recte correxerim, alii viderint.

2) Hoc promontorium a Ptolemaeo et aliis terminus Syrtidis dicitur.

τήριόν ἐστιν, ἔχον ὕφορμον. Ἀπὸ τοῦ Βορείου εἰς Διάχερσιν[1] σταδ. ρμ.' ὅρμος ἐστὶ τοῖς ἐτησίοις· ὕδωρ ἔχει ἐπὶ τοῦ φρουρίου.

Σύρτις Κυρήνης.

Ἀπὸ Διαχέρσεως ἐπὶ τὴν Ἀμάστορος[2] σταδ. ρι.' Ἀπὸ τῆς Ἀμάστορος ἐπὶ τὸ Ἡράκλειον[3] σταδ. π.' Ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου εἰς τὸ Δρέπανον σταδ. ζ.' ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλὸν ἔχον θῖνα ἄμμου λευκῆς· ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ τοῦ Δρεπάνου[4] ἐπὶ τὸ Σεραπεῖον σταδ. ρ.' παραδρομῶν ὄψει θῖνα λευκὴν μεγίστην, ἀφ' οὗ ἂν ὀρύξῃς, ἔχει ὕδωρ γλυκύ. Ἀπὸ τοῦ Σεραπείου εἰς Διαῤῥοάδα[5] σταδ. ν.' Ἀπὸ Διαῤῥοάδος ἐπὶ τὸν Ἄπιν σταδ. α.' ὕφορμός ἐστιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Σεραπείου ἐπὶ τὸν Καινὸν σταδ. ρν.' φρούριόν ἐστιν ἔρημον· ὕδωρ ἔχει· ἐστὶ δὲ ἀλίμενος. Ἀπὸ τοῦ Καινοῦ ἐπὶ τὸν Εὔσχοινον[7] σταδ. ο.' ὁ αἰγιαλός ἐστι βαθύς· κρουνὸς δέ ἐστιν ἐν τῇ χώρᾳ περιφερής· ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ τοῦ Εὐ-

rium est habens stationem navium. A Borio ad Diachersin stadia 140. Statio est tuta ab etesiis. Aquam habet in castello.

Syrtis Cyrenaeum.

A Diachersi ad urbem Amastoris stadia 110. Ab urbe Amastoris ad Heracleum stadia 80. Ab Heracleo ad Drepanum stadia 7. Est promontorium altum, habens litus, arena alba opertum. Id habet aquam. A Drepano ad Serapium stadia 100. Praeternavigans cernes permagnum litus album, in quo si fodies, invenies aquam dulcem. A Serapio ad Diarrhoadem stadia 50. A Diarrhoade usque ad Apin stadium unum. Portus est. A Serapio ad Caenon stadia 150. Est castellum desertum. Habet aquam. Est autem sine portu. A Caeno usque ad Euschoenon stadia 70. Litus est profundum. Puteus autem est in terra rotundus.

1) In apographo est: εἰς Χέρσιν ac deinceps Ἀπὸ τοῦ Χερσίου. Ptolemaeus IV. 4 auctor est emendationis nostrae, qui habet Βόρειον ἄκρον, τέλος τῆς Σύρτεως.

2) Ἀμάστορος rectumne sit necne, nolo disceptare: hoc certe videtur statuendum, πόλιν aut tale aliquod vocabulum excidisse.

3) Heracleum a Ptolemaeo dicitur Ἡρακλέους πύργος.

4) Drepanum etiam a Ptolemaeo hoc loco ponitur, Strabo autem promontorium nomine Drepanum inter Catabathmum et Paraetonium dicit situm esse. Videtur igitur statuendum, duo promontoria idem nominis habuisse.

5) Hoc Serapium, quod videtur significare Serapis templum, a nemine commemoratur.

6) In apographo est Διαροάδα et Διαροάδος. Ptolemaeus habet Διάῤῥοια λιμήν. Ego medium tenui.

7) Caenus et Euschoenus a nemine memorantur.

σχοίνου ἐπὶ τοὺς ὑφάλους[1] *σταδ. ο΄ νησίον ἐστὶν ὑπόσαλον· ἔχει δὲ καὶ αἰγιαλὸν βαθύν. Ἀπὸ τῶν ὑφάλων ἐπὶ τὸν Σκοπελίτην*[2] *σταδ. π΄ σκόπελός ἐστιν. ἀπὸ τῆς γῆς σταδ. ιε΄, ὑψηλός, ὅμοιος ἐλέφαντι. Ἀπὸ τοῦ Σκοπέλου πρὸς Λίβαν*[3] *σταδ. β΄ νῆσός ἐστιν ὑψηλή, Ποντία καλεῖται. Ἀπὸ Ποντίας*[4] *πρὸς μεσημβρίαν σταδ. ζ΄ νῆσός ἐστι, καλουμένη Γαῖα,*[5] *καὶ ὑπ' αὐτῆς ὕφορμος· ὕδωρ ἔχει ἀνακτόν. Ἀπὸ τῆς Γαίας ἐπὶ τὸν Ἀστρόχονδα*[6] *σταδ. ν΄ Ἀπὸ τοῦ Ἀστρόχονδα ἐπὶ τὸν Κροκόδειλον σταδ. π΄ ὅρμος ἐστὶ θερινὸς καὶ ὕδωρ ἔχει, ῥεύματα ἔχον[τα]. Ἀπὸ τοῦ Κροκοδείλου ἐπὶ τὸ Βόρειον σταδ. πδ΄ κώμη ἐστί· φρούριον ἔρημον· ὅρμος καλὸς, ἀπὸ λιβὸς ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ τοῦ Βορείου ἐπὶ Ἀντιδρέπανον σταδ. κ΄ ἀκρωτήριόν ἐστιν ὕδωρ ἔχον. Ἀπὸ τοῦ Ἀντιδρεπάνου ἐπὶ τὸ Μένδριον σταδ. ν΄ ἄνυδρός ἐστιν. Ἀπὸ τοῦ Μενδρίου ἐπὶ τὸ Κοζύνθιον σταδ. ρκ΄ ἄκρα ἐστὶ τραχεῖα· ὅρμος καλός, ἄνυδρος δέ. Ἀπὸ τοῦ Κοζυνθίου ἐπὶ Ἀμμωνίου Πηγὰς σταδ. ρι΄ αἰγιαλός ἐστι. Ἀπὸ Ἀμμωνίου Πηγῶν εἰς Αὐτομάλακας*[7]

Habet aquam. Ab Euschoeno ad maritimas stationes stadia 70. Est parva insula in alto sita. Eius litus est profundum. A maritimis stationibus ad Scopeliten stadia 80. Promontorium est proiectum stadiis quindecim. Est altum et simile elephantis. A promontorio ad Liban stadiis 2. Adiacet insula alta, Pontia appellata. A Pontia meridiem versus stadia 7 insula, appellata Maja, et sub eam statio navium. Aquam habet collectam. A Gaja ad Astrachonda stadia 50. Ab Astrachonda ad Crocodilon stadia 80. Est aestiva statio navium et habet aquam e rivulis. A Crocodilo ad Borium stadia 84. Vicus est: castellum desertum. Statio pulcra. Aquam habet. A Borio ad Antidrepanum stadia 20. Est promontorium habens aquam. Ab Antidrepano ad Mendrium stadia 50. Est sine aqua. A Mendrio ad Cozynthium stadia 120. Est promontorium scopulosum. Statio pulcra, sed sine aqua. A Cozynthio ad Ammonii fontes stadia 110. Litus est.

1) Addi debet Ptolemaeo auctore *ὅρμους* et *ὅρμων*; Ceterum in apographo est: *ἐπὶ τῶν Ὑφάλων σταδ.*

2) Fortasse *ὅρμον* addendum est.

3) *Λίβαν* anonymus solus habet: quae autem ei loco propinqua esse dicitur insula, eam Ptolemaeus quoque ita nominat.

4) In apographo est *Ἀπὸ Ποντίας πρὸς Μεσημηρίαν σταδ. ζ. νῆσός ἐστι κ. τ. λ.* Ego videor mihi recte correxisse.

5) In apographo est *Μαῖα.* Non dubitavi, quin Ptolemaei insula *Γαῖα* esset.

6) Videbor vitium reliquisse, sed cuius tandem doctrina aut ingenium par sit in tam corrupto codice usquequaque verum non dicam invenire, sed probabili aliqua ratione constituere.

7) Praeter *Αὐτομάλακας*, qui locus a Ptolemaeo IV. 4 *Αὐτόμαλαξ* et a Strabone XVII. p. 836 *Αὐτόμαλα* dicitur, nullus alius locus ab aliis scriptoribus commemoratur.

σταδ. ρπ.' Ἀπὸ Αὐτομαλάκων ἐπὶ Φιλαίνων Βωμοὺς[1] σταδ. ρκε.' ὅρμος ἐστὶ θερινὸς καλὸς, καὶ ὕδωρ ἔχει. ἕως τούτου τοῦ ἀκρωτηρίου εἰσὶ Κυρηναίων ὅρος καὶ χώρα. Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Βερενίκης ἕως Φιλαίνων Βωμῶν σταδ. ͵β.

Λοιπὸν Σύρτις μεγάλη.

Ἀπὸ Φιλαίνων Βωμῶν ἕως Ἵππου ἄκρας σταδ. υ' · ἀκρωτήριόν ἐστι τραχύ · ἔχει ὕφορμον καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Ἵππου ἄκρας[2] ἐπὶ τὸν Οἰσπορὶν σταδ. τν.' λιμὴν ἐστι πλοίοις μικροῖς· ἔχει ὕδωρ · τοῦτο ἔστι φρούριον βαρβάρων. Ἀπὸ Οἰσπόρεως ἐπὶ Χάρακα σταδ. ρν.' Ἀπὸ Χάρακος εἰς Εὐφραντὰς[3] σταδ. σ.' λιμὴν ἐστι, καὶ ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ Εὐφραντῶν ἐπὶ τὸν Δυσωπὸν σταδ. ρν.' Ἀπὸ Δυσωποῦ ἐπὶ Ἀσπίδα[4] σταδ. τν.' Ἀπὸ Ἀσπίδος εἰς Ταριχαίας σταδ. τν.' Ἀπὸ Ταριχαίων[5] ἐπὶ Κεφαλὰς σταδ. υ.' προσφε-

Ab Ammonii fontibus ad Automalacas stadia 180. Ab Automalacibus ad Philaenorum aras stadia 125. Est aestiva statio pulcra, et aquam habet. Usque ad hoc promontorium sunt Cyrenaeorum fines et terra. Universa stadia a Berenice ad Philaenorum aras 2000.

Deinde Syrtis magna.

A Philaenorum aris usque ad Hippi promontorium stadia 400. Est promontorium praeruptum. Habet stationem navium et aquam. Ab Hippi promontorio ad Oisporin stadia 359. Est portus aptus parvis navigiis. Habet aquam: est castellum barbarorum. Ab Oispori ad Characem stadia 150. A Charace ad Euphrantas stadia 200. Est portus, atque aquam habet. Ab Euphrantis ad Dysopum stadia 150. A Dysopo ad Aspidem stadia 350. Ab Aspide ad Tarichaeas stadia 350. A Tarichaeis ad Cephalas (Ca-

1) Ab antiquis modo Philaeni modo Philaenorum arae dicuntur. In apographo legitur utroque loco Φιλήμων Βωμούς.

2) In Iriartis apogr. Φιλίππου ἄκρας, deinde Ἔπηρον et Ἐπήρον, tum Κόρακι et Κόρακος. Nos secuti sumus Ptolemaeum et Strabonem.

3) Euphrantae etiam a Strabone ut turris commemorantur. Ea fuit terminus agri punici et cyrenaici. V. lib. XVII. p. 836.

4) Hunc portum optimum omnium portuum Syrticorum Strabo dicit. Hodie dicitur Zoffran.

5) Hae Tarichiae non sunt Strabonis insulae cum salinis. Cephalae sive Capita fuerunt, ut Strabo dicit, promontorium silvis obsitum. Ab hoc demum promontorio initium fuit

ρόμενος ἐκ τοῦ πελάγους ὄψει χώραν ταπεινὴν νησία ἔχουσαν· ὅταν δὲ αὐτοῖς ἐγγίσῃς, ὄψει τὴν πόλιν παραθαλάσσιον καὶ θῖνα λευκὸν καὶ αἰγιαλόν· ἡ δὲ πόλις ἐστὶ λευκὴ ὅλη· λιμένα δὲ οὐκ ἔχει· ἀσφαλῶς ὁρμίζου ἐπὶ τοῦ Ἑρμαίου· αὕτη καλεῖται Λέπτις.[1] Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Φιλαίνων βωμῶν εἰς Λέπτιν τὴν μεγάλην σταδ. ͵δσ.ʹ Ἀπὸ Λέπτεως ἐπὶ Ἑρμαῖον σταδ. ε.ʹ ὅρμος ἐστὶ πλοίοις μικροῖς. Ἀπὸ Ἑρμαίου εἰς τὰ Ἄφορα[2] σταδ. τ.ʹ ἄκρα ἐστὶν, ἔχουσα ὅρμον ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν· ἔχει ὕδωρ· καλεῖται Νεόσπορα· ἔστι γὰρ ὁμοία νήσῳ· Ἀπὸ τῶν Ἀφορῶν ἐπὶ τὸν Ἀμαραία σταδ. μ.ʹ πύργος ἐστίν· ὕφορμος ὕδωρ ἔχει ποτάμιον· ἐστὶ δὲ γεώργιον πλατὺ τοῦ ποταμοῦ· Οἰνολάδων ὁ ποταμὸς καλεῖται. Ἀπὸ τοῦ Ἀμαραία ἐπὶ Μέγερθιν σταδ. μ.ʹ πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Μεγερθέως εἰς Μακαραίαν σταδ. υ.ʹ Ἀπὸ Μακαραίας εἰς Σαβράθαν[3] σταδ. υ.ʹ πόλις ἐστὶν ἀλίμενος· σάλος ἔχει.

pita) stadia 400. Advehens e mari cernes terram humilem, insulas habentem, quibus cum advectus eris, conspicies urbem ad mare positam et litus album. Urbs autem est tota alba; portum vero non habet. Caute appellere apud Hermaeum. Urbs autem appellatur Leptis. Omnia stadia a Philaenorum aris ad Leptin magnam sunt 3200. A Lepti ad Hermaeon stadia 5. Est statio parvarum navium. Ab Hermaeo ad Aphora stadia 300: est promontorium habens in utroque latere stationes navium. Habet aquam. Dicitur Neospora. Est enim similis insulae. Ab Aphoris ad Amaraea stadia 40. Castellum est et statio navium et habet aquam fluviam. Est autem ad fluvium ager salinus. Oinoladon vocatur fluvius. Ab Amaraea ad Megerthin stadia 40. Est urbs, quae habet portum et aquam. A Megerthi ad Macaraean stadia 400. A Macaraea ad Sabrathan stadia 400. Urbs non habet portum; salum habet.

Syrtis magnae, quae pergebat usque ad promontorium Boreum.

1) Leptis magna, etiam Neapolis appellata, a Sidoniis patria profugis condita est. Hodie ruinae huius nobilis urbis Lebida dicuntur. — In apographo est *Βόμοῦ ἐπὶ Φιλίππων ωμοῦ εἰς Λέπτην.*

2) Ἄφορα est Ptolemaei Γάραφα s. Γάραφα. Ut ita interpretarer, quemadmodum feci, magis coniectura quam verbis ipsis inductus sum. In apographo sic est: ἄκρα ἐστὶν ἔχουσα ὅρμων ἐξ ἑκατέρων κ. τ. λ.

3) Ptolemaeus IV. 3 Σαβράτα. In apographo: Σαράθραν. Num id oppidum idem fuerit atque Abrotonum, alii disceptent. Plinius quidem, V. 4 et 5, discernit ambo, dicens: Sabrata contingens Syrtim minorem; deinde apud Augylas enumerans: oppida Neapolis, Gaphara, Abrotonum, Leptis altera quae cognominatur magna. Qui ante nominantur loci, ii a nullo commemorantur.

Λοιπὸν Σύρτις μικρά.

Ἀπὸ Σαβράθης[1] ἐπὶ Λοκροὺς[2] σταδ. τ.' κώμη ἐστὶ καὶ ὑπεράνω τῆς κώμης πύργος ὑψηλός. Ἀπὸ Λοκρῶν ἐπὶ Ζεύχαριν σταδ. τ.' φρούριον, ἔχον πύργον· ὁ δὲ πύργος λιμήν ἐστιν ἐπίσημος. Ἀπὸ Ζευχάρεως εἰς Γέργιν[3] σταδ. πν.' πύργος ἐστί, καὶ φρούριον ἔχει, καὶ λιμένα καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Γέργεως εἰς Μήνιγγα[4] σταδ. ρν.' πόλις ἐστὶν ἐπὶ νήσῳ· ἡ δὲ νῆσος ἀπέχει τῆς γῆς σταδίους η.' ἔχει δὲ πόλεις ἱκανάς· μητρόπολις δέ ἐστιν· αὕτη οὖν ἐστιν ἡ τῶν Λωτοφάγων νῆσος· ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ βωμὸς Ἡρακλέους,[5] μέγιστος καλεῖται· ἐστὶ δὲ λιμὴν καὶ ὕδωρ ἔχει. Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Λέπτεως εἰς Μήνιγγα εἰς τὴν Ἤπειρον[6] σταδ. σ.' πόλις ἐστί· ἔχει δὲ καλὸν λιμένα καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ δὲ τῆς Γέργεως[7] εἰς Κιδιφθὰν σταδ. ρπ.' πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει.

Deinde Syrtis parva.

A Sabratha ad Locros stadia 300. Vicus est et supra vicum turris alta. A Locris ad Zeucharin stadia 300. Castellum habens turrim. Turris autem est portus insignis. A Zeuchari ad Gergin stadia. Turris habet praesidium et portum et aquam. A Gergi ad Meningem stadia 150. Est urbs in insula, quae abest a continente octo stadia. Habet autem multa oppida. Est autem metropolis. Haec est igitur Lotophagorum insula. Est vero in ea ara Herculis, quae maxima vocatur. Est autem portus et aquam habet. Universa stadia a Lepti ad Epirum, Meningi oppositam, sunt stadia 200. Urbs est; habet autem portum pulcrum et aquam. A Gerge ad Cidiphthan

1) In apographo: Ἀπὸ Ἀλάθρης.

2) Λόκρους non video a quoquam commemoratos neque Ζεύχαριν, sed Ζεῖθα, Ζουγίς, sive Χουζίς.

3) Iriarte: φρούριον ἔχον πύργον. — Procopius de aedific. VI. 4 nomen Γιργὶς scribit. Num forte latet in Ptolemaei Γιχθις anonymi Γέργη.

4) Circuitus Syrtis, quae magna appellata est, fuit Strabone auctore mille sexcentorum stadiorum. Ad ea promontoria duo, quae os illius sinus efficiebant, quod eodem Strabone auctore stadiorum 600 erat, sitae erant duae insulae, Meninx ad ortum solis, Cercina ad occasum. Strabo Meninga dicit eam esse, quae ab Homero od. IX, 80 sq. Lotophagitis appellaretur, et suis temporibus etiam tum demonstrari aram Ulixis et lotum ipsam. Hodie pertinet ad ditionem Tunensem eiusque incolae sunt sollertissimi maximeque industrii totius ditionis. cf. Scyl. p. 48. ed. Huds.

5) In Iriartis apographo est Ἡρακλέων.

6) Utrum Ἤπειρον nomen urbis sit, an significet continentem, non satis liquet. Num forte est Scylacis urbs Ἔπιχος? — Anonymum rursus a Gergi stadia numerasse, videtur indicari adversativa particula δὲ.

7) Quamquam nihil mutavi,

Ἀπὸ Τακάπης[1] εἰς Νεάπολιν σταδ. ρ.' πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει. Ἀπὸ Ἀχολῆς εἰς Ἀλιπόταν σταδ. ρκ.' αὗται αἱ πόλεις λιμένας ἔχουσι διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι αὐταῖς βράχη· εἰς ταύτας πλέουσι σύμμετρα πλοῖα· τῇ δὲ Ἀχόλᾳ καὶ τῇ Ἀλιπότᾳ καὶ τῇ Κιδιφθᾷ ἐπίκειται Κέρκινα ἡ νῆσος ἀπέχουσα[2] σταδ. ρκ.' Ἀπὸ δὲ τῆς Λωτοφάγων [νήσου,] ἥπερ[3] ἐστὶ Μῆνιγξ, ἐπὶ τὴν Κέρκιναν νῆσον διὰ πόρου σταδ. ψν.' Ἀπὸ Θαίνων[4] εἰς Κέρκιναν...· κατὰ πόλιν βράχη ἐστὶ, φερόμενα πρὸς τὴν πόλιν. Ἀπὸ Κερκίνης εἰς Θαψὸν σταδ. ψ.' ἔχει δὲ νῆσον καλὴν[5] πελαγίαν, κειμένην κατὰ Θαψὸν πρὸς βόῤῥαν, ἀπέχουσαν σταδ. π.' ἔχει δὲ λιμένα καὶ ὕδωρ· αὗται αἱ νῆσοι περιέχουσι τὸ Ἰκάριον πέλαγος.

stadia 180. Urbs est et portum habet. A Tacape ad Neapolin stadia 100. Urbs est et portum habet. Ab Acholla ad Alipotan stadia 120. Hae urbes portus habent, quoniam ad eas jacent vada. Ad eas vehuntur navigiis modicis. Ad Achollam et Alibotan et Cidiphthan iacet Cercina insula, a continente quae abest stadia 120. A Lotophagorum insula, quae Meninx est, ad Cercinen insulam directo stadia 750. A Thaenis ad Cercinen . . . . urbem sunt vada. A Cercine ad Thapsum stadia 700. Habet insulam pulcram adiacentem Thapso ad septentrionem et abest stadia 80. Habet autem portum et aquam. Hae insulae circumdant mare Icarium.

tamen non dubito, quin in Κιδιφθᾷ lateat Ptolemaei Ἠδάφθα.

1) Videtur aliquid excidisse. Iriarte edidit Βακάτης, sed dubitari non potest, quin celebre oppidum Tacape, a Plinio V.4 et Ptolemaeo memoratum, intelligi debeat.

2) In apographo ἡ νῆσος εὐπέχουσα.

3) In apographo est: Ἀπὸ δὲ τῆς Λωτοφάγου ἥπερ κ. τ. λ. Oppidum, quod in Cercine insula situm est, idem nomen habere scimus. Agathemer lib. I. p. 14: Κέρκινα νῆσος μῆκος ἔχει στάδια ϛ'· πλάτος δὲ, ὅπου στενοτάτη στάδια μ'. Ὑπέρκειται δὲ ἠπειρωτικῆς, Θήνης, ἣ κεῖται τῆς μικρᾶς Σύρτιδος ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Τῇ δὲ Κερκίνῃ παράκειται νῆσος Κερκινῖτις γεφύρᾳ ζευχθεῖσα, μῆκος στάδια μ', πλάτος δὲ στάδια κε.' Deinceps haec sequuntur: Ἀπὸ Κερκίνης ἐπὶ νῆσον Μήνιγγα τὴν Λωτοφαγίτιδος ὁ διάπλους στάδια χ'. ὅσον τῆς μικρᾶς Σύρτιδος λέγεται τὸ στόμα. Τῆς δὲ Μήνιγγος μῆκος σταδίων χ'. πλάτος σταδίων ρπ'. Μεγάλαι δ' εἰσὶ περὶ αὐτὴν παλίῤῥοιαι.

4) In apographo: Θίθνης εἰς Κέρκιναν κατὰ πόλιν βράχη κ. τ. λ. Corrigendum erat.

5) Quae insula in alto sita commemoratur, eam e Strabone XVII. p. 834 docemur appellatam esse Λοπάδουσσαν. Etiamnunc restare dicuntur reliquiae huius quondam celebris urbis super iisque exstructa esse hodierna oppida Sosa et Monaster. V. Artemidor. ap. Steph. s. v.

Λοιπὸν Φοινίκη.

Ἀπὸ Θαψοῦς εἰς Λέπτιν [1] τὴν μικρὰν σταδ. ρό. πόλις μικρά ἐστιν· καταφάνη καὶ βραχέα· καὶ ἡ καταγώγη ἐστὶν ἐπὶ τῇ πόλει δύσκολος πάνυ. Ἀπὸ Λέπτεως εἰς Θερμὰ [2] σταδ. ξ.' κώμη ἐστί· τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ ὧδε βράχη ἐστὶ δυσκατάγωγα. Ἀπὸ Θερμῶν πλεύσας σταδ. μ' ὄψει ἀκρωτήριον, ἐπ' αὐτῷ ἔχον Διονύσια [3] ἐσκολοπισμένα· ὕφορμός ἐστιν. Ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου ὄψει Ἀδρουμύττον τὴν πόλιν ἄπο σταδίοις μ'· ἀλίμενος. Ἀπὸ Ἀδρουμύττου ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα [4] σταδ. φ. ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλὸν

Deinde Phoenice.

A Thapso ad Leptin parvam stadia 170. Est parva urbs: nuda sunt vada, et aditus ad urbem est valde periculosus. A Lepti ad Therma stadia 7. Vicus est. Eodem modo inter haec quoque vada valde difficile est adnagivatu. A Thermis vectus stadia 40 cernes promontorium, habens templum Bacchi, palis circumdatum. Statio est navium. A promontorio postquam stadia quadraginta navigaveris, prospicies oppidum Adrumetum. Sine portu est. Ab Adrumeto Aspidem stadia 500.

1) In Iriartis apographo Λεπτὴν et Λεπτέων. Intelligimus igitur, ab anonymo aut potius ab eo, qui librum istius descripsit, ubique ιν in ην, et εως in εων mutata esse. Leptis proprie sic dicta, cum altera, a plurimis Leptis magna aut etiam Neapolis dicatur, hodie appellatur Lempta, habetque etiamnunc ruinas ac parietinas castelli. — Tum in apographo est καταφανῆς καὶ βραχέα. In sinu Leptitano sitae erant parvae insulae, a Strabone XVII. p. 834 Ταριχίαι appellatae, salinarum plenae.

2) Cum sine dubio locus nomen a thermis ductum haberet, scripsi τὰ Θέρμα pro τὴν Θέρμαν, ut etiam paulo infra est.

3) Non dubito, quin pro Διονύσια sit Ἀφροδίσια, quod Ptolemaeus habet, scribendum.

4) Eundem urbium ordinem habent ceteri, ne in cuius reprehensionem incurrat periplus cum reperiantur haec verba Strabonis: εἶθ' ἡ Ἑρμαία ἄκρα τραχεῖα καὶ ἐπ' αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος· εἶτα Νεάπολις· εἶθ' ἄκρα Ταφῖτις καὶ ἐπ' αὐτῇ λόφος Ἄσπις καλούμενος ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος· ὅνπερ συνῴκισεν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος Ἀγαθοκλῆς, καθ' ὃν καιρὸν ἐπέπλευσε τοῖς Καρχηδονίοις. — Tum in apographo est: ἐπ' αὐτὴν ἄρκτον παραφαίνων κ. τ. λ. Scylax dicit p. 49 ab Hadrumeto Neapolin navigationem fuisse trium dierum. Unde sequitur, anonymi mensuram neutiquam liberam esse vitio. In apogr Ἀδραμύτην et Ἀδραμύτου. Graeci aut ὁ Ἀδρύμητος aut Ἀδρούμητος aut Ἀδρούμιττος, ut Ptolemaeus, aut etiam, ut Polybius, ὁ Ἀδρύμης scripserunt, quemadmodum etiam apud Strabonem, non Ἀδρύμη, scribendum esse recte censet Groskurd, interpres Strabonis. Romani aut Hadrumetum aut Adrumetum aut Adrumetus fere scripserunt. Dicuntur etiamnum reliquiae superesse huius quondam nobilis urbis. — Tum in apographo est sic: Ἀδρυμύτην τὴν πόλιν ἀπὸ σταδίων μ. ἀλίμενος.

καὶ περιφανὲς οἷον ἀσπίς· ἐπ' αὐτὴν πλέε τὴν ἄρκτον παραφαίνων ἐξ εὐωνύμων· εἰσὶ γὰρ εἰς τὸ πέλαγος ἐκεῖνο βράχη πολλὰ καὶ τραχεῖα· εἶτα ἐκφανήσεταί σοι ἡ Ἀσπὶς[1] καὶ ἐπ' αὐτὴν Νεάπολις. Ἀπὸ τοῦ κόλπου Νεαπόλεως ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα σταδ. σ.' ὑψηλός ἐστιν ὁ τόπος καὶ ἐπ' αὐτὸν ἡ πόλις· ἔχει λιμένα πρὸς ζέφυρον ἄπο σταδίοις ι'· ἀνώτερον τῆς πόλεως. Ἀπὸ Ἀσπίδος ἐπὶ Θερμὰ[2] σταδ. ξ.' κώμη ἐστὶ, καὶ ἐπάνω τὰ θερμά. Ἀπὸ τῶν Θερμῶν εἰς Κάρπιν[3] σταδ. ρξ.' πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει. Ἀπὸ Κάρπεως εἰς Μάξυλαν[4] σταδ. κ.' πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει. Ἀπὸ Μαξύλας εἰς τὸν Γαλάβραντα[5] σταδ. ν.' ὅρμος ἐστὶν ἕως ἀμμωδίων ἀγωγῆς. Ἀπὸ τοῦ Γαλάβραντος εἰς Καρχηδόνα[6] σταδ. ρκ.' πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ λιμένα ἔχει· ἐν δὲ τῇ πόλει πύργος ἐστὶ· δεξιὰν ὁρμίζου ὑπὸ τὸ χῶμα. Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Μήνιγγος τῆς τῶν Λωτοφάγων νήσου εἰς Καρχηδόνα σταδ. φν.' Ἀπὸ δὲ Καρχηδόνος εἰς Κάστρα Κορνηλίου σταδ. τγ.' λιμήν ἐστι παραχειμαστικός· ἐν ταύτῳ παραχειμάζει μεγάλα πλοῖα. Ἀπὸ Κά-

Promontorium est editum et undique conspicuum tanquam clypeus. Ad illam naviga, a sinistra habens Ursum. Sunt enim in illo mari multa et saxosa brevia. Deinde occurret oculis tuis Aspis, et prope eam Neapolis. A sinu Neapoleos ad Aspida stadia 200. Locus est editus et in eo oppidum. Id habet portum occidentem versus, intervallo stadiorum undecim; is ultra oppidum est. Ab Aspide Thermas stadia 60. Villa est, et thermae supra eam sunt. A Thermis ad Carpin stadia 160. Oppidum est, et habet portum. A Carpi Maxyllam stadia 20. Oppidum est, et habet portum. A Maxylla ad Galabranta stadia 50. Locus ad appellendum usque ad initium brevium. A Galabrante Carthaginem stadia 120. Maxima est urbs et portum habet. In urbe autem arx est. Ad dextram eius ad molem appellere. Omnia stadia a Meninge Lotophagorum insula usque Carthaginem sunt 550. A Carthagine usque ad castra Cornelia stadia 303. Est portus ad hibernandum. In eo hibernant magnae naves. A

1) Oppidum Aspis satis supra Neapolin situm, etiam a Ptolemaeo IV. 3 nominatur.

2) Has Thermas non alias esse, quam quae a Livio Aquae calidae dictae sint, dubitandum non est.

3) In apographo est: *Κάρπην* et *Κάρπης*. Secutus sum Ptolemaeum. Hodie nominatur G u r b o s. Prope hoc oppidum invenit Schavius Anglus thermas. Num eaedem sint, quae modo nominatae sunt, potest disceptari.

4) Ptolemaeus scribit *Μαξοῦλα*. Schavius putat Maxylam esse hodiernum M o r a i s a c h.

5) Quid hoc Galabras esset, ego non dispexi, nisi Thynès est, quod a Diodoro *Λευκὸν Τυνῆτα* appellatur. Nec satis scio, quid sit *ἕως ἀμμωδίων ἀγωγῆς*. Videtur ante haec verba aliquid excidisse.

6) In apographo est *Χαλκηδόνα* et *Χαλκηδόνος*. Tum *εἰς Κάστρα Κορνηλίων* ac deinceps *Ἀπὸ Κάστρων Κορνηλίας*. Plinii locus,

στρων Κορνηλίου εἰς Οὔστικα[1] σταδ. κδ.' πόλις ἐστί· λιμένα οὐκ ἔχει, ἀλλὰ σάλος ἔχει· ἀσφαλίζου. Ἀπὸ Οὐστίκων εἰς Κάρναν[2]

castris Cornelii ad [Ustica] stadia 24. Oppidum est. Portum non habet, sed salum. Esto cautus. [Ab Usticis] ad Carnen stadia 24.

qui huc pertinet, est V. 3: Dein promontorium Apollinis et in altero sinu Utica civium romanorum. Catonis morte nobilis: flumen Bagreda. Locus Castra Cornelia, colonia Carthago magnae in vestigiis Carthaginis, colonia Maxulla. Oppida: Carpi, Misua, et liberum Clupea in promontorio Mercurii. Item libero Curubis, Neapolis. Mox Africae ipsius alia distinctio. Libyphoenices vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL millia passuum per circuitum, fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolarum foenus reddente terra. Hic oppida libera Leptis (parva), Adrumentum, Ruspina, Thapsus. Inde Thenae, Macomades, Tacape. Sabrata contingens Syrtim minorem, ad quam Numidiae et Africae ab Ampsaga longitudo DLXXX millium passuum, (116 mill. germ.) latitudo, qua cognitum est, CC millium (40 mill. germ.).

1) Qui huius fragmenti mentionem fecerunt, ii in verbo *Οὔστικα* opinati sunt inesse nomen Uticae, qua in re ii mihi videntur vehementer falli. Primum enim, quis tandem unquam Uticam negavit habere portum? Deinde id oppidum ab omnibus Graecis *Ἰτύκη* nominatur, cum nomen Romani ipsi Uticam fecissent, cum constet saepe *υ* ut i pronuntiatum: neque ullo loco anonymus noster, qui ipse Graecus fuit, non secutus est, nisi Graecos, qui nunquam ne posterioribus quidem temporibus aliter, nisi *Ἰτύκη* dixerunt. Cuius igitur cunque oppidi nomen in *Οὔστικα* abditum est, nomen Uticae certe id non est. Ac fuit profecto parva insula prope Siciliam, quae vocabatur Ustica, sed ea non potest hoc loco in quaestionem vocari. Nos sumus igitur in hac sententia, ut primum fragmentum putemus finem habuisse his verbis: *μεγάλα πλοῖα. Ἀπὸ κάστρων Κορνηλίου....* et alterius initium fragmenti fuisse, corruptum aliquod nomen, aut etiam eo plane omisso verba *πόλις ἐστί.* Iam repetitio eiusdem mensurae (dico viginti quatuor stadia) probat, verba corrupta esse. Ac profecto fieri etiam potuit, ut scriba, qui certe non Graecus fuit, *Οὔστικα* adderet. Ita autem debemus existimare, singula fragmenta fuisse, quae ab hoc, cuius infelici stilo haec conservatio harum quasi ruinarum debetur, in unum conflata sunt. Etenim cum in uno horum fragmentorum nomine *Φοινίκης* ea regio designaretur, quae Carthaginiensibus subdita esset, et cum aliud fragmentum, in quo, quae proprie Phoenice dicitur, describeretur, eandem inscriptionem haberet, tum a scriba, cuius quanta ignoratio rerum fuerit, dici non potest, utrumque fragmentum inter se ridiculo sane modo iunctum est.

2) Hoc oppidum a Plinio et a Stephano Byz. Carne dicitur, sed a Strabone *Κάρνος* aut etiam, ut nonnulli codices habent, *Κάρανος*, sed minus recte, cum Strabonem sciamus in descriptione Syriae Artemidorum secutum esse, qui, ut nobis prodidit Stephanus Byz.: *Κάρνος* scriptum, habuit; nam apud hunc sic est: *Κάρνη, πόλις Φοινίκης, ἀπὸ Κάρ-*

σταδ. κδ.ʹ σάλος ἐστί· κοιτῶνας δὲ ἔχει ἐπὶ χωρίων [1] *πλοίοις μικροῖς· ἀσφαλῶς κατάγου. Ἀπὸ Κάρνας ἐπ' ἀκρωτήριον* [2] *καλούμενον Βαλανέας* [3] *σταδ. σ.ʹ Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Βαλανέων ἐπ' ἀκρωτήριον Πάλτον σταδ. σ.ʹ* [4] *Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Πάλτου κάμψαντες ἐπ' ἀκρωτήριον Βραχίων* [5] *σταδ. ι.ʹ Ἀπὸ δὲ Βαλανέων ἄκρας* [6] *ἐπ' εὐθείας παρὰ γῆν παραπλέοντες εἰσελθεῖν εἰς Πάλτον σταδ. σ.ʹ Οἱ πάντες ἐκ Πτολεμαΐδος εἰς Πάλτον σταδδ. ͵β.*

Salum est. In litore habet cubilia navigiis parvis. Appellere caute. A Carne ad promontorium, appellatum Balaneas, stadia 200. A promontorio Balaneis ad promontorium Palton stadia 200. A promontorio Palto postquam id superaverunt ad promontorium Brachion stadia 11. A promontorio Balaneis vero, cum directo propter terram navigent, ut appellant, ad Paltum stadia 200. Universa stadia a Ptolemaide ad Paltum usque stadia 2000.

νον, τοῦ Φοίνικος, ὡς Ἴστρος φησίν. ὁ πολίτης Καρνίτης. Λυκόφρων (v. 1291) „*ὄλοιντο ναῦται πρῶτα Καρνῖται κύνες.*“ .... *Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν τῷ δεκάτῳ βιβλίῳ φησίν· ἔστι Κάρνος καὶ συνεχῶς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις· καὶ ἀναλογεῖ τὸ Καρνίτης.*

1) In apographo, sic est: *Ἀπὸ Κάρνων ἐπὶ Χωρίων ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον κ. τ. λ.* Me *ἐπὶ χωρίων* suo loco posuisse videri pauci negabunt.

2) In apographo sic est: — *εἰς Κάρναν — σάλος ἐστὶ κοιτῶνας δὲ ἔχει· πλοίοις μίκροις ἀσφαλῶς κατάγου. Ἀπὸ Κάρνων ἐπὶ Χωρίων ἐπ' ἀκρωτήριον κ. τ. λ.* Mihi et recte interpunxisse videor et orationem transponendo emendavisse.

3) Ptolemaeus scribit *Βαλαναῖαι*. Sed cum anonymi scriptura et Plinius consentit, apud quem Balanea est, et Stephanus, qui haec nobis prodidit: *Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λεύκας. ὁ πολίτης Βαλανεώτης. εἰς ἣν πόλιν Ἐπικράτης ἐγκώμιον ἔγραψεν ὁ Βαλανεώτης.* Non improbabile est, nomen ductum habuisse oppidum a fructu balanorum, non a *βαλανείοις*.

4) In apographo est: *σταδ. ϛʹ.* Cum autem intervallum multo maius oporteat fuisse, cumque statim infra intervallum esse stadia ducenta dicatur, non dubitavi, hoc quoque loco *σ* pro *ϛ* scribere.

5) Necesse est istud, quod commemoratur, promontorium Brachion statim post Balaneam fuisse. Anonymus solus Brachionis recordatur, si vera scriptura est.

6) In apographo sic est: *Ἀπὸ δὲ Βαλανέων ἄκρας ἐπευθείας εἰς Πάλτον σταδ. σ.ʹ Οἱ πάντες ἐκ Πτολεμαίδος παρὰ γῆν παραπλέοντες εἰσελθεῖν εἰς Πάλτον σταδδ. β.* Videor mihi quantum in hac tam corrupta oratione fieri potuit medelam attulisse. Ceterum Paltos et promontorium et oppidum fuit. Oppidi Ptolemaeus, Strabo, Stephanus (uterque ex Artemidoro), Plinius mentionem faciunt. Ceterum, ut notum est, Paltos a Stephano oppidum Syriae dicitur.

Καὶ λοιπὸν Κοίλη Συρία.[1]

Ἀπὸ Πάλτου ἐπὶ χωρίον Πελλήταν[2] σταδ. λ'. Ἀπὸ Πελλήτων ἐπὶ λιμένα κειμένην[3] ἐπ' αἰγιαλῷ ἔχοντι κατ' αὐτον φάραγγα σταδ. κ'. Ἀπὸ Πελλήτων εἰς Τάλβας[4] σταδ. λ'. Ἀπὸ Ταλβῶν εἰς ποταμὸν Πλωτὸν[5] καλούμενον σταδ. μ'. Ἀπὸ Πλωτοῦ

Deinde Coelesyria.

A Palto [ad castellum Pelletam stadia 30. A Pelleta usque ad portum, situm in litore, habenti in se lacum, stadia 20. A Pelleta] usque ad Galabas stadia 20. A Galabis ad fluvium, Ploton vocatum, stadia 40. A Ploto fluvio ad promontorium [sta-

1) Nos reliquimus hoc loco haec inscriptionis verba, quamquam a Plinio et aliis Carne et Balanea et Paltos non Phoeniciae, sed Coelesyriae finibus attribuuntur. Verum ab aliis aliter constituuntur.

2) Hoc castellum Pelleta a nemine memoratum vidimus. Utrum castellum nomine Pelleta sive Pelletae re vera fuerit, an aliquopiam modo verba corrupta sint, id certe nos non possumus extricare.

3) In apographo est: *ἐπὶ λιμένα κειμένην*. Non correximus *κείμενον*, quoniam neutiquam obloquemur, si quis quid maluerit dicere excidisse. Ac nos non dubitamus, quin *Πέλληταν* et *Πελλήτων* corrupta sint e *Πάλτος*. Nam *ΠΑΛΤΗΝΩΝ* et *ΠΕΛΛΗΤΩΝ* non multum litteris differunt.

4) Nihil mutavimus, quamquam nullus dubito, quin *Τάλβαι* corruptum sit e *Γάλαβα* sive *Γαλάβαι*, quod oppidum a plurimis scriptoribus in hac regione collocatur. Apud Stephanum haec leguntur: *Γάβαλα, πόλις Φοινίκης, ἣν Ἑκαταῖος θηλυκῶς φησίν. ὁ δὲ Στράβων Συρίας, πλησίον Λαοδικείας. ὁ οἰκήτωρ Γαβαλίτης καὶ θηλικὸν ἡ Γαβαλῖτις· ἀλλὰ καὶ Γαβαλεὺς, ὡς Μεγαρεύς.*

5) Huius fluvii a nullo scriptore fit mentio. Namque omnino praeter Eleutherum et Orontem nullum novimus fluvium, qui in Syriae litore in mare se infunderet. Considerantibus nobis, et qua conditione liber anonymi nobis conservatus sit, et verba *ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ εἰς Βαλανέας σταδ. σ'* non posse huc ullo modo pertinere, visum est nomen *Πλωτός* aliquopiam modo corruptum esse e fluvio *Ἐλευθέρῳ* et verba *εἰς ποταμὸν Πλωτὸν καλούμενον σταδ. μ'. Ἀπὸ Πλωτοῦ ποταμοῦ* et tum *Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ εἰς Βαλανέας σταδ. σ'* ibi scripta fuisse, ubi litus Phoeniciae describebatur. Nos igitur putamus sic legendum esse: *Ἀπὸ Πάλτου εἰς Γαλάβας στάδια λ. Ἀπὸ Γαλάβων εἰς ἄκραν σταδ. σ. ἑξῆς κεῖται πόλις Λαοδίκεια. Ἀπὸ Βαλανέων εἰς Λαοδίκειαν κ. τ. λ.* Plinius V. 18 dicit: Hinc rursus Syria, desinente Phoenice. Oppida: Carne, Balanea, Paltos, Gabale: promontorium, in quo Laodicea libera. Diospolis, Heraclea, Charadrus, Posidium. Stephanus autem de Laodicea haec habet: *Λαοδίκεια, πόλις τῆς Συρίας, ἡ πρότερον Λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη καὶ πρὸ τούτου Ῥαμίθα· κεραυνωθεὶς γάρ τις ἐν αὐτῇ ποιμὴν ἔλεγε ῥαμάνθας, τουτέστιν ἀφ' ὕφους ὁ Θεός. ῥάμαν γὰρ τὸ ὕψος, ἄθας δὲ ὁ Θεός· οὕτω Φίλων. λέγεται δὲ ἀπὸ Λαοδίκης τῆς μητρὸς Σελεύκου τοῦ Νικάτορος. ἔστι δὲ εὐοινοτάτη καὶ πάσης εὐ-*

ποταμοῦ εἰς ἄκραν... ἑξῆς κεῖται πόλις Λαοδίκεια σταδ. σ.' Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ εἰς Βαλανέας σταδ. ο.' Ἀπὸ Βαλανέων εἰς Λαοδίκειαν εὐθυδρομοῦντι λευκονότῳ ἐπὶ τὰ πρὸς ἠῶ τῆς ἄρκτου σταδ. σ.' Ἀπὸ Λαοδικείας[1] εἰς Ἡρακλείαν σταδ. κ.' κάμψαντι δὲ τὸ ἀκρωτήριον λιμήν ἐστι, καλούμενος Λευκός,[2] σταδ. λ.' Ἀπὸ Λευκοῦ λιμένος ἐπὶ κώμην καλουμένην Πασιερίαν[3] σταδ. λ.' Ἀπὸ τῆς κώμης ἐπ' ἄκραν, Πόλιαν[4] καλουμένην, σταδ. ρκ.' Ἀπὸ Ἡρακλείας ἐπὶ Ποσείδιον· τὸν ἐπίτομον[5] σταδ. ρ.' Ἀπὸ δὲ τῆς ἄκρας

200]. Deinceps urbs est Laodicea. [A Ploto fluvio ad Balaneas stadia 70.] A Balaneis ad Laodiceam recta naviganti vento Leuconoto ad orientem septentrionum flante stadia 200. A Laodicea ad Heracleam stadia 20. Promontorio superato est portus vocatus Albus. Sunt stadia 30. Ab albo portu ad vicum, appellatum Pasieriam, stadia 30. A vico ad promontorium, vocatum Nigrum, stadia 120. Ab Heraclea ad Posidium recta via stadia 100. A promontorio Posidio ad oppidum Sidoniam stadia

κίας ἀνάμεστος. In apogr. sic est: εὐθυδρομοῦντι λευκονότῳ· ἐπὶ τὰ πρὸς ἠῶ τῆς ἄρκτου στάδια σ. Cum aliquatenus verba intelligi possint, nihil correximus.

1) Quae verba ut recte intelligantur, sciendum est, Laodiceam in meridiano litore promontorii sitam fuisse. De situ Laodiceae haec scripsit Appianus in historia bell. civ. IV. 60: πυθόμενος δὲ τῆς Κασσίου στρατιᾶς, ἐς Λαοδίκειαν οἰκείως ἔχουσαν οἱ παρῆλθεν, ἐπί τε χεῤῥονήσου συνῳκισμένην, καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς ὠχυρωμένην, καὶ ἐς τὸ πέλαγος ἔχουσαν ὅρμον, ὅθεν ἔμελλεν εὐπορήσειν τε ἀγορᾶς ἀπὸ θαλάσσης καὶ ἀδεῶς ὅτε βούλοιτο ἀποπλευσεῖσθαι. ὧν αἰσθανόμενος ὁ Κάσσιος καὶ δεδιὼς μὴ αὐτὸν ὁ Δολοβέλλας διαφύγοι, τόν τε ἰσθμὸν ἔχον διστάδιον ὄντα, λίθοις καὶ πᾶσαν ὕλην ἐξ ἐπαύλεων καὶ προαστείων καὶ τάφων συμφέρων καὶ ἐπὶ ναῦς περιέπεμπεν ἔς τε Φοινίκην καὶ Λυκίαν καὶ Ῥόδον. — Pocockius Gallus inveniebat quidem etiamnum aggeres portus, sed portum ipsum arena obrutum. Quod hodie oppidum ibi est, ab antiqua urbe ad orientem versus aedificatum est. Veteris gloriae nihil restat fere, nisi porticus columnis corinthiis et arcus triumphalis altus intra triginta et quadraginta pedes.

2) Hunc portum propter album colorem, cuius speciem promontorii ora praeberet, nomen suum accepisse est verisimile, cum etiam Stephanus Byz. prodat: Λαοδίκεια, πόλις τῆς Συρίας, ἡ πρότερον Λευκὴ Ἀκτὴ λεγομένη καὶ πρὸ τούτου Ῥάμινθα.

3) Huius vici praeter Anonymum nostrum nemo mentionem fecit; utrum igitur nomen Pasieria rectum sit necne, nulla re probari potest.

4) Nec huius promontorii ullus alius recordatur, sed quum neque nomen per se improbabile ullo pacto sit, et oram Syriae sciamus, valde asperam et scissam esse, nihil causa est, cur de hoc promontorio dubitemus.

5) Reliquimus τὸν ἐπίτομον propter πλοῦν. Haud dubie dicere voluit scriptor: recta via, pro quo alias: ἐπ' εὐθείας dicit. Posidium, a Plinio V. 20, Ptolemaeo V. 15, Strabone XVI. p. 755 commemoratum, hodie Pos-

τοῦ ἐπὶ Ποσειδίου[1] εἰς πόλιν Σιδῶνα σταδ. τ.' ὑπὲρ ἧς ἐστιν ὄρος ὑψηλὸν, καλούμενον Θρόνος. 'Από Σιδωνίας[2] πόλεως εἰς τόπον, ὁρίζοντα τὸ Κάσιον, καλούμενον δὲ Χαραδρόπολιν, σταδ. ξ.' 'Από Χαράδρου[4] ἐπὶ νῆσον, καλουμένην Μακρὰν, σταδ. ι.' 'Από Μακρᾶς νήσου[5] ἐπὶ τὸ Νυμφαῖον σταδ. ν.' 'Ο δὲ ὅλος περίπλους τραχύς ἐστιν ἀπὸ τοῦ Κασίου. τοῦτον τὸν τρόπον παράπλει ἀπὸ τῆς γῆς σταδ. κ.' 'Από τοῦ Νυμφαίου ἐπὶ πόλιν Ἀντιό-

300. Supra eam est altus mons, qui Thronus dicitur. A Sidonia oppido ad locum, qui Casium montem determinat (i. e. quam usque mons Casius porrigitur), dicitur autem Charadropolis, stadia 60. A Charadro ad Insulam longam, quae dicitur, stadia 50. Tota navigatio usque a monte Casio aspera est et periculosa. Qua re praetervehere stadiis viginti procul a litore. A Nymphaeo usque urbem Antiochiam emporium habentem, et

s e d a dicitur. A Nicephoro Blemn. p. 420 ed. Bernh. appellatur Ποσιδιών. Num autem stadiorum numerus verus, vehementer licet dubitare. Nobis videtur numerus infra centum excidisse.

1) Nos nihil mutavimus, quamquam verba corrupta sunt. Si scribitur τῆς ἐπὶ Ποσειδίου, profecto locus aliqua ratione sanatur, sed sententia ipsa nobis non probatur; multo nobis magis placet deleri ἐπὶ, cum etiam infra dicatur: 'Από δὲ τοῦ Ποσειδίου.

2) Quae urbs primum Sidon, deinde Sidonia appellatur, eius hoc loco non magis, quam montis Throni, ab ullo alio scriptore fit mentio. Si quod oppidum simili nomine in istis regionibus fuit, id, ut nobis quidem videtur, Sidonia dictum est, quod tamen scriba nobilissimae urbis Sidonis memor, mutavit in Σιδῶνα. Num forte colonia Sidoniorum fuit? Iste autem Thronus videtur editus collis atque undique praeruptus fuisse, ita ut prorsus non commissus esset cum monte Casio, a quo ad occasum versus situs esset.

3) In Iriartis apographo sic legitur: 'Από Σιδωνίας πόλεως εἰς τόπον ὁρίζοντα τὸ Κάσιον καλούμενον δὲ Χαλαδρόπολιν σταδ. ξ. Praeter Plinium et Anonymum nostrum nemo oppidi huius meminit.

4) In apographo sic est: 'Από Χαλάδρου ἐπὶ κ. τ. λ. — Quae deinceps Insula Longa commemoratur, ea nulla alia esse potest, nisi Veterum Meliboea, ad ostia fluvii Orontis sita.

5) In apographo legitur: 'Από Μακρὰν νῆσον. Hic specus nomine Nymphaeum, etiam a Strabone XVI. p. 751 memoratur. Non longe est a Posidio oppidulo, et quidam, qui temporibus bellorum sacrorum istam visit regionem, eum terribilem esse ac foedum aspectu dicit, in quo olim Petrus Apostolus diabolum catenis constrinxisset. Strabo de his locis l. l. habet haec: Πρὸς νότον δ' ἐστὶ τοῖς μὲν Ἀντιοχεῦσιν Ἀπάμεια, ἐν μεσογαίᾳ κειμένη· τοῖς δὲ Σελευκεῦσι τὸ Κάσιον ὄρος καὶ τὸ Ἀντικάσιον. Ἔτι δὲ πρότερον μετὰ τὴν Σελεύκειαν αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Ὀρόντου· εἶτα τὸ Νυμφαῖον, σπήλαιόν τι ἱερόν· εἶτα τὸ Κάσιον· ἐφεξῆς δὲ Ποσείδιον πολίχνη καὶ Ἡράκλεια.

χειαν ἔχουσαν ἐμπόριον καὶ παρ' αὐτὴν ποταμὸν, Ὀρόντην[1] καλούμενον, σταδ. υ.' ἔστι δὲ ὁ ποταμὸς ἄπο σταδίους ιε.' Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ εἰς Σελεύκειαν σταδ. μ.' Ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου τὸν ἐπίτομον εἰς Σελεύκειαν, πεσόντι ζεφύρῳ,[2] σταδ. ρι.' Ἀπὸ Σελευκείας ἐπὶ τὰ Γεώργια[3] σταδ. ρμβ.' Ἀπὸ τῶν Γεωργίων ἐπὶ τὸ Ῥωσσαῖον σκόπελον[4] σταδ. τ.' Ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου ἀκρωτηρίου ἐπὶ τὸν σκόπελον τὸν οὐριώτατον σταδ. σ.'[5] Ἀπὸ Ῥώσσου Τερδνίας εἰς πόλιν Μυρίανδρον[6] σταδ. σ.' Ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου εἰς Ἀλε-

iuxta se fluvium, Orontem dictum, stadia 400. Distat autem fluvius ab urbe stadia 15. A fluvio usque Seleuciam stadia 40. A Posidio autem recta via ad Seleuciam, flante Zephyro, stadia 110. A Seleucia usque Georgia stadia 142. A Georgiis ad rupem Rhossicam stadia 300. A Posidio autem promontorio usque ad rupem, maxime secundante vento, stadia 200. A Rhosso usque ad oppidum Myriandrum stadia 200. A Myriandro usque

1) In apographo: Ὀρέντην. Est quidem certe accentus veri nominis conservatus. Tum ἀπὸ mutavi in ἄπο. Ceterum Antiochia, quae non erat ad mare sita, in periplo indicata est, quod usque ad eam amne Oronte navigari poterat. Cf. et quae Plinius de hoc amne dicit, et quae nos infra ad illum Plinii locum adnotavimus.

2) Nihil mutavimus, quamquam haud dubie verba sana non sunt.

3) Hic locus praeterquam ab Anonymo nostro a nemine commemoratur.

4) In Iriartis apographo legimus: ἐπὶ τῶν Ῥωσσαίων κόλπων. Cum etiam a Ptolemaeo V. 15 et Stephano Byz. s. n. Ῥώσσικος σκόπελος commemoretur, non dubitavimus his ducibus corrigere, sed Ῥωσσαῖον reliquimus, quamquam Stephanus Byz. haec dicit: Ῥῶσος, πόλις Κιλικίας. τὸ ἐθνικὸν Ῥώσιος. ἀλλὰ καὶ Ῥωσσεὺς, ὡς ἀπὸ τοῦ Ταρσὸς Ταρσεύς. καὶ τὸ κτητικὸν Ῥωσικὸς, Ῥωσικὸς σκόπελος· Hodie haec rupes, quae a Rhoso meridiem versus sita est, Hynzyr, caput canis, dicitur.

5) Consulto verba, quae corrupta esse nemo non videt, reliquimus; sed in interpretatione, quae eorum sententia esset, expressimus. Verum tamen fortasse legendum est τὸ οὐριώτατον δρομοῦντι, aut etiam tantummodo τὸ οὐριώτατον, quia δρομοῦντι facile suppleri potest. Numerum stadiorum necesse est esse falsum.

6) Quid in hoc verbo corrupto lateret, non potuimus dispicere. In Iriartis apographo hoc loco scriptum est Μιριάνδριον, sed deinceps recte scribitur: Ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου. Hoc oppidum Myriandros a pluribus scriptoribus commemoratur. Stephanus de ea haec scripsit: Μυρίανδρος, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Φοινίκῃ. Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ ἀναβάσεως [38, 8]. Τὸ κτητικὸν Μυριανδρικὸς κόλπος. In Iriartis apographo legitur σταδ. ς. Debet esse σ.' Supersunt huius oppidi ruinae. Ceterum oppidum florentibus Persarum rebus emporium celeberrimum fuit. Conf. Xenoph. anab. I. 4. A Scylace p. 40 ed. Huds. Μυρίανδρος Φοινίκων.

ξάνδρειαν κατ' Ἰσσὸν [1] σταδ. ρκ. Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας [2] εἰς τὰς Κιλικίας πύλας σταδ. σ.' Ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ Πάλτου ἕως τῶν Κιλικίων πυλῶν σταδ. ͵βφ'.[3]

Λοιπὸν Κιλικία.

Ἀπὸ τῶν Κιλικίων πυλῶν [4] εἰς τὸ Ἱερὸν σταδ. ρκ. τοῦτο

Alexandriam ad Issum stadia 120. Ab Alexandria usque ad portas Cilicias stadia 200. Universa a Palto usque ad Portas Cilicias 2500.

Deinde Cilicia.

A portis Ciliciis usque ad Sacrum [montem] stadia 120.

1) In apographo est: κατισίον, pro quo Iriarte legi vult κατ' Ἰσίον, sed sine ullo iure. Est enim oppidum Issus, quod Anonymus noster Ἄμισος sive Ἄμινσος appellat.

2) Alexandria post nobilem illam victoriam ad Issum propinquam de Dario reportatam in Alexandri victoris honorem condita est. Iam antiquo tempore scabiosa dicta est propter aërem parum salubrem. Nostra aetate dicitur proprie Iskenderun, sed vulgo Scanderone, ut Alexandria illa Aegyptia ab incolis Scanderia dicitur. Aberat ab Isso ad sedecim millia passuum sive ad viginti et centum stadia. Denique, ut hoc quoque commemorem, oppida Rhosos, Myriandros, Alexandria a Strabone in desc. Ciliciae memorantur XIV. p. 676 his verbis: μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἰσσὸς πολίχνιον, ὕφορμον ἔχων, καὶ ποταμὸς Πίναρος. Ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δαρείῳ· καὶ ὁ κόλπος εἴρηται Ἰσσικός· ἐν αὐτῷ δὲ πόλις Ῥωσὸς καὶ Μυρίανδρος ἑτέρα πόλις, καὶ Ἀλεξάνδρεια, καὶ Νικόπολις, καὶ Μόψου ἑστία· καὶ αἱ Πύλαι λεγόμεναι, ὅριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων. Ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ ἐστὶ καὶ τὸ τῆς Σαρπηδονίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν καὶ μαντεῖον· τοὺς δὲ χρησμοὺς ἔνθεοι προθεσπίζουσιν. Hic opportunissime commemorari putavi Plinii notitias V. 18: Promontorium, in quo Laodicea libera. Diospolis, Heraclea, Charadrus, Posidium. Deinde promontorium Syriae Antiochiae. Intus ipsa Antiochia libera, Epidaphnes cognominata, Oronte amne dividitur; in promontorio autem Seleucia libera, Pieria appellata. Super eam mons eodem, quo alius nomine, Casius. Cuius excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem adspicit, brevi circumactu corporis diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad caeumen XIX M. pass. est, altitudo per directum IV. At in ora amnis Orontes, natus inter Libanum iuxta Heliopolin. Oppidum Rhosos et a tergo Portae quae Syriae appellantur, intervallo Rhosiorum montium et Tauri. In ora oppidum Myriandros, mons Amanus, in quo oppidum Bomitae. Ipse ab Syris Ciliciam separat.

3) Computatio omnium stadiorum efficit sexaginta duo milliaria, sed hic numerus duplo maior est.

4) Sunt autem quinque portae in quaestionem vocandae, quas usque adhuc Geographi inter se

ἔστιν ὑπερβῆναι εἰς τὸν τόπον εἰς πόλιν. Ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ [1] εἰς

Super eum eundum tibi est, ut pervenias usque ad locum, quod

permiscuerunt. Atque ut a septentrionibus incipiam ac descendam ad meridiem versus, tenendum est, eas proprie portas Cilicias dictas esse, per quas e Cappadocia descenderetur in Ciliciam. De his autem Strabo lib. XII. p. 587 nobis tradidit haec: δύο δὲ ἔχουσι μόνον στρατηγίαι πόλεις, ἡ μὲν Τυανῖτις τὰ Τύανα, ὑποπεπτωκυῖα τῷ Ταύρῳ τῷ κατὰ τὰς Κιλικίας πύλας, καθ᾽ ἃς εὐπετέσταται καὶ κοινόταται πᾶσίν εἰσιν αἱ εἰς τὴν Κιλικίαν καὶ τὴν Συρίαν ὑπερβολαί. Deinde progrediamur ad eas portas, quas Graeci πύλας Ἀμανίδας appellabant, et quae super Amanum per vallem huius montis angustam e Cilicia Euphratem fluvium versus ducebant. Atque hae sunt eae, quae a Ptolemaeo commemorantur, non autem istae, ut Leakius Anglus putavit, quae erant sitae ad mare, haud procul ab oppido Isso. Eae ipsae a Strabone lib. XVI. p. 751 his verbis describuntur: τῇ δὲ Γινδάρῳ συνάπτουσιν αἱ Πάγραι τῆς Ἀντιοχίδος, χωρίον ἐρυμνὸν κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τοῦ Ἀμανοῦ τὴν ἐκ τῶν Ἀμανίδων πυλῶν εἰς τὴν Συρίαν κείμενον. Etiam apud Plinium hist. nat. V. 27, 22 eas reperimus commemoratas verbis his: Sed redeamus ad oram Syriae, cui proxima est Cilicia. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, portae Amani montis. Flumina Andricus, Pinarus, Lycus, sinus Issicus, oppidum Issos, inde Alexandria, flumen Chlorus, oppidum Aegae liberum, amnis Pyramus, portae Ciliciae. Fuerunt autem etiam aliae Portae Amanicae, et quidem, ut modo dictum est, ad mare supra sinum Issicum. Hae sunt, quas Anonymus noster indicat, atque etiam Strabo geographus accuratius illo describit lib. XIV. p. 676 his verbis: μετὰ δὲ Μαλλὸν Αἰγαῖαι πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον· εἶτ᾽ Ἀμανίδες πύλαι, ὕφορμον ἔχουσαι, εἰς ἃς τελευτᾷ τὸ Ἀμανὸν ὄρος ἀπὸ τοῦ Ταύρου καθῆκον, ὃ τῆς Κιλικίας ὑπέρκειται κατὰ τὸ πρὸς ἕω μέρος, ἀεὶ μὲν ὑπὸ πλειόνων δυναστευόμενον τυράννων, ἐχόντων ἐρύματα.... μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἰσσὸς πολίχνιον, ὕφορμον ἔχων, καὶ ποταμὸς Πίναρος. Ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δαρείῳ. Post eas sequuntur Portae Ciliciae, quae eaedem ad mare sitae sunt, et quae a plurimis scriptoribus non portae Ciliciae, sed portae Syriae sive etiam utrumque: πύλαι τῆς Κιλικίας καὶ τῆς Συρίας dicebantur. Conf. Xenophontis anab. I. 4, cuius descriptio regionis, inprimis ob distantias locorum indicatas, accuratissima est, ut Dionis Cass. XLVIII. 41 narratio. Eae sunt hae, per quas Alexander ante pugnam apud Issum commissam, ut ante eum Cyrus, exercitum suum duxerat, cum contra Darius suum exercitum per illas portas Amanicas, quas dixi, super montem Amanum duxisset. Quemadmodum autem portae sunt, quae proprie portae Ciliciae dicebantur, ita sunt etiam portae Syriae proprie sic dictae, et quae quidem ab his, de quibus modo dictum est, ad orientem versus sitae erant. Simul ibi oppidum, cognominatum Portae Syriae, fuit, quod hodie Beilan, haud dubie e vetere Pylae ortum, dicitur, cuius etiam a Ptolemaeo fit mentio, qui id in 69° 20′ longit. et 36° 15′ latit. ponit, atque a Plinio hist. nat. V. 22 his verbis: Oppidum Rhosos et a tergo Portae quae Syriae appellantur, intervallo Rhosiorum montium et Tauri.

1) Consideranti mihi, quam

πόλιν Ἰσσὸν[1] σταδ. ψ'. Ἀπὸ Ἰσσοῦ εἰς τὰς Ἀμανικὰς πύλας[2] ἐν τῷ κοιλοτάτῳ τοῦ κόλπου σταδ. σ'. Ἀπὸ τῶν Πυλῶν εἰς κώμην ἄλλην[3] σταδ. ν'. Ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου οὐριοδρομοῦντι[4] σταδ. ρ'. Ἀπὸ τῶν ἄλλων[5] εἰς πόλιν Αἰγαίας σταδ. ρ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Μυριάνδρου εἰς Αἰγαίας εὐθυδρομοῦντι ἐπὶ τοῦ πολλοῦ νότου[6] σταδ. ρ'. Ἀπὸ Αἰγαίων ὁ παράπλους κρημνώδης[7] ἐπὶ κώμην Σερρέπολιν[8] σταδ. ρν'. Ἀπὸ δὲ Ῥωσοῦ εὐθυδρομοῦντι

oppidum est. A Sacro [monte] usque oppidum Issum stadia 700. Ab Isso usque ad portas Amanicas, quae in intimo sinu sunt, stadia 200. A Portis Ciliciis usque ad vicum Catabolon stadia 50. A Myriandro secundo vento naviganti usque huc sunt stadia 100. A Catabolo usque ad oppidum Aegaeas stadia 100. A Myriandro autem usque Aegaeas directo naviganti, multum flante noto, stadia 200. Ab Aegaeis praetervehens imminentia litora pervenis usque vicum Serrepolim stadiis 120. A Rhoso autem usque

sententiam ex his verbis liceat elicere, videtur collis fuisse, super quem, antequam deveniretur Issum, eundum esset, et qui, quod in eo sacrum aliquod esset, eo ἱερὸν ὄρος sive verbo ὄρος omisso tantum ἱερὸν diceretur. Si quis autem forte conjiciat, in Ἱερὸν potius nomen Issi contineri, is cogitet, hanc conjecturam iis, quae ab Anonymo scriptore supra dicta sunt, reprobari. Quidquid autem de hoc loco sentiendum est, numerus ψ' certe falsus et ζ' scribendum est.

1) Apogr. Ἀμινσὸν et Ἀμινσοῦ. Nos non dubitamus, quin hoc in verbo nomen Issi oppidi lateat.

2) In Iriartis apographo, quod etiam Leakius reddidit, legitur: εἰς τὰς Ἀμμωνιακὰς πύλας ἐντ' (leg. ἐντὸς) κοιλοτάτου τοῦ κόλπου σταδ. σ. Videmur nobis corrupta recte correxisse. Posteriora sic, ut videmus, corrigebat etiam Leakius in libro suo: Journal of a Tour in Asia minor, London 1824, p. 209.

3) Cum deinceps scriptum videamus Ἀπὸ τῶν ἄλλων, unde sequitur, nomen aliquod in Ἄλλη latere, sic existimamus, Κατάβολον vicum, quem in ora fuisse Ciliciae omnia Itineraria ostendunt, corruptum esse in Ἄλλην et Ἄλλων. Is autem vicus cum esset ante Issum situs, necesse est, ad πυλῶν non Ἀμανικῶν addi debere, sed Κιλικίων.

4) In apographo legitur: οὐριοδρομοῦντος.

5) Iam diximus, nobis in hoc vocabulo videri Καταβόλου latere, quod nomen, ut id addam, locum talem significat, quo appelli possit. — Tum a Ptolemaeo Αἰγαί, sed a Strabone lib. XIV p. 676 Αἰγαῖαι, et a Dione Cass. XLX, 30 atque a Philostr. vit. Apollon. I, 12, sicuti ab Hierocle p. 46 ed. Paris. Αἴγεαι scribitur, quemadmodum etiam Romani dicunt, conf. Tacit. annal. XIII, 8. Apud Lucanum III. 227 invenies Aegae, item apud Plinium hist. nat. V. 22: oppidum Aegae liberum.

6) In apographo ἐπὶ τοῦ πολοῦ νότου.

7) In apogr. Κρημνώδος, ita ut nomen proprium esse videatur. Nos verum restituisse putamus.

8) In apogr. Σερετίλην ac Σερετίλλεως. Apud Ptolemaeum reperimus hac in regione Σερρέπολιν.

ἐπὶ τὴν Σερρέπολιν ἐπὶ τοῦ πολλοῦ νότου σταδ. σν΄· κατὰ δὲ τὴν Σερρέπολιν κώμην· ἐπάνω [ποταμὸς][1] Πύραμος καλεῖται, καὶ ὑπεράνω αὐτοῦ ὄρος καλούμενον Πάριον, ἄπο σταδ. ξ.΄ Ἀπὸ τῆς Σερρεπόλεως εἰς κώμην[2] ἐπ᾽ ἄκραν Ἰανουαρίαν σταδ. α. Ἀπὸ τῆς Ἰανουαρίας ἄκρας ἐπὶ τὰς Διδύμους νήσους σταδ. λ. Ἀπὸ τῶν Διδύμων νήσων εἰς πόλιν καλουμένην Μάλλον σταδ. ρ.΄

Serrepolim, cum multum flat notus, directo naviganti stadia 250. Ad Serrepolin autem fluvius, qui Pyramus dicitur, et supra eum, intervallo stadiorum 60, mons Parius dictus. A Serrepoli usque ad vicum, in promontorio Ianuario situm, stadium M. A promontorio Ianuario ad Insulas Geminas stadia 30. Ab insulis Geminis ad oppidum Mallon dictum stadia 100. A Mallo usque

1) In apogr. κατὰ δὴ τὴν Σερρέπολιν κώμη ἐπάνω (Leakius ἐπάνω) Πύραμος καλεῖται. Num recte correxerim, ego non contendo, sed si quid video et si quid tam corrupto scriptore probari potest, hoc periplo id videtur confirmari, quod ille Anglus et ingenio et doctrina clarus Beaufortius de commutato alveo amnis Pyrami scripsit. Is autem existimat, prioribus temporibus ostia Pyrami ibi non fuisse, ubi hodie sunt, sed multo magis ad occasum versus et post istud quidem promontorium, quod hodie K a r a d a s h dicitur. Namque illo loco etiamnum a Beaufortio reliquiae oppidorum Megarsi Mallique repertae sunt, quae Pyramum praeterfluxisse praeter alios et Strabo lib. XIV. p. 675 dicit et Pomponius Mela I. 13. Quod si ita est, debemus sic existimare, Serrepolin supra angulum, qui promontorio efficitur, sitam fuisse, quod maxime eo confirmatur, quod in periplo duae sibi admodum propinquae insulae commemorantur, quas hodie quoque prae promontorio illo esse nobis tradidit Beaufortius.

2) Forsitan aliquispiam εἰς κώμην delendum esse censeat: nos id noluimus facere, eo magis autem nobis verbum Ἰανουαρίαν dubium videtur, propterea quod deinceps ἄκρα Ἰωνία commemoratur. Quod verbum cum tam simile huius sit verbi Ἰανουαρίαν, videtur esse existimandum, utroque loco idem promontorium significari, et hunc cursum navigantem tenuisse, ut a Serrepoli recto navigaret ad promontorium Ἰώνιον, quod quo appelli posset locum habebat, inde transvectum esse ad insulas, inde navigasse in Pyrami ostia lata, ad quae Mallus posita esset, a Mallo adverso fluvio usque Antiochiam, inde revertisse ad promontorium Ἰώνιον, post quod erat caput fluminis. Ceterum si vera est Anonymi descriptio, aut etiam si non corrupta oratio, Pyramum cursum suum oportet extrema parte sinus Issici prope a mari tenuisse; nam alioquin fieri non poterat, ut in tergo Serrepolis flueret. Hoc tamen addendum est, verba ἐπάνω κ. τ. λ., si coniuncta cum oppido Mallo essent, ea plane consensura esse cum iis, quae Strabo lib. XIV. p. 675 de Mallo dicit, nec tum necesse esset, flumen tam prope a mari collocari. Pausanias I. 34, 2 de oppido Mallo dicit: τῷ δὲ Ἀμφιλόχῳ καὶ παρ᾽ Ἀθηναίοις ἐστὶν ἐν τῇ πόλει βωμὸς καὶ Κιλικίας ἐν Μαλλῷ μαντεῖον ἀψευδέστατον τῶν ἐπ᾽ ἐμοῦ. Conf. Arrian. exp. Alex. II. 5.

Ἀπὸ Μάλλου εἰς Ἀντιόχειαν[1] ἐπὶ Πύραμον ποταμὸν σταδ. ρν'.

Antiocheam ad flumen Pyramum stadia 150. Ab Antiochea us-

1) Haec Antiochia a nullo commemoratur scriptore, praeter hunc Anonymum et Stephanum Byz., ab ambobus his ad Pyramum cognominata. Sita supra promontorium et usque illuc navigabilis Pyramus fuisse videtur. Mallus in promontorio ipso magis ad meridiem sita fuit. Mannertus dicit, a Strabone XIV. p. 675 non Serrepolin quidem ipsam commemorari, sed quo ea loco sita fuisset significari, cum is diceret, apud Portas Amanicas portum fuisse modicum, unde apud eum ipsum portum putat sitam fuisse Serrepolim. Quod tamen iam idcirco ita esse non potest, quia et a Strabone et a Ptolemaeo Serrepolis non ante Aegeas, sed post hoc oppidum, et quidem statim post Mallum sita fuisse, dicitur. Sed multo magis etiam, ut nobis quidem videtur, Mannerti opinio confutatur periplo, in quo Serrepolis non ita procul a Pyramo collocatur. Prius autem, quam quid sentiam pluribus persequar, necesse est afferri, quae nobis de promontorio Karadasch tradidit Beaufortius. Is autem dicit, hoc promontorium orientem versus porrectum esse in mare, et admodum prope ab eo iacere duas insulas, quibus qui in cornu promontorii esset portus satis a ventis defenderetur. Ac non modo super hoc ipso cornu reliquias veterum aedificiorum et mediis et superioribus aetatibus exstructorum reperiri, sed etiam non ita magno interposito intervallo septentriones versus collem editum esse, in quo eodem veterum aedificiorum reliquiae reperiantur. Quae omnia si consideramus, vehementer nobis istius opinio Angli probatur, qui existimat, ubi extremo promontorio veterum aedificiorum reliquiae reperiantur, ibi antiquis temporibus Megarsum sive Megarsa fuisse, qui locus a Strabone XIV. p. 675 dicatur esse portus urbis Malli, et in monte septentriones versus iacente Mallon ipsam fuisse, quae Scylace auctore p. 40 non ad mare ipsum, sed nonnullo ab eo intervallo sita fuerit, et ad quam amne Pyramo perventum sit, qui ab oriente veniens circum illum montem cursum suum egerit. Quae cum ita sint, dubitandum non est, quin quod promontorium modo Ianuarium, modo Ionium sive Cephalium appellatur, id idem sit, quod nostra aetate ab incolis istius terrae Karadasch dicitur. Etiam aliud quid a Beaufortio affertur, quod oppido probabile nobis visum est. Traditum est enim nobis a Curtio III 1. 7, 5, Alexandrum Pyramo iuncto ponte traiecisse, et deinde Megarsum pervenisse, et inde demum Mallum. In iis ostiis, quae olim Pyrami fuisse videntur, est parva insula. Quid? si existimamus, cum Pyramus ab omnibus veteribus perquam latus fluvius dicatur fuisse, ab occidentali ripa pontem pertinuisse ad istam insulam, et ab hac ad ulteriorem ripam fluminis. Postremum, ut paucis repetamus, quid sentiamus, sic existimamus, Pyramum nostra aetate in mare infundi infra Adanam, antiquis autem temporibus, postquam ab Antiochia aliquantum spatii fluxisset meridiem versus, non ita procul a mari cursum flexisse occidentem versus, et qui ad septentriones a promontorio Karadasch esset mons, circum hunc ivisse, atque ibi, ubi hodie canalis est, qui pertinet in paludem aliquam satis amplam, olim Pyrami fuisse ostia; denique κώμην ἐπ' ἄκραν Ἰανουαρίαν esse Megarsum.

Ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ τὴν ἄκραν Ἰωνίαν, ἣν νῦν Κεφάλον καλοῦσι, σταδ. ο΄· παρὰ τὸ ἀκρωτήριον ποταμός ἐστι πλωτὸς Πύραμος καλεῖται. Ἀπὸ δὲ τοῦ Σκοπέλου [Ῥωσαϊκοῦ] μὴ καταπολπίζοντι, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας πλέοντι εἰς Ἀντιόχειαν, ἐπὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν μέρη τῆς ἄρκτου νότῳ τὰ εὐώνυμα μικρὸν διαφυλάσσοντι,[1] σταδ. τν΄. Ἀπὸ τοῦ Πυράμου ποτάμου εὐθυδρομοῦντι εἰς Σόλους, ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν μέρη τῆς ἄρκτου νότῳ μικρῷ παρέλκας,[2] σταδ. φ΄.[3] Ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ Πυράμου ἐπὶ τὸν ποταμὸν Σάρον[4] σταδ. ρκ΄. Ἀπὸ Σάρου ποταμοῦ ἐπὶ στόμα τῆς λίμνης, ἣ καλεῖται Ῥηγμοὶ[5] σταδ. ο΄. Ἀπὸ Ῥηγμῶν εἰς

que ad promontorium Ionium, quod nunc Caput dicunt, stadia 70. Propter promontorium est navigabilis fluvius, qui Pyramus dicitur. A Scopulo [Rhosico], non appellenti navem, sed directo naviganti usque Antiochiam, ad partes septentrionum ortum versus sitas noto modice ad sinistram flante, stadia 350. Ab amne Pyramo directo naviganti Solos, ad partes occidentales septentrionum modice noto flante, stadia 500. A capite Pyrami usque ad flumen Sarum stadia 120. A Saro flumine usque ad os paludis, qui Rhegmoi vocantur, stadia 70. A Rhegmis Tarsum stadia 70.

1) Cum haec verba non essent integra, ea corrigenda putabamus. Quae autem in iis nobis esse videretur sententia, eam interpretatione reddidimus. Ac primum quidem putabamus, pro ἔπειτα et μακρὸν scribendum esse ἐπὶ τὰ et μικρόν; deinde addendum μέρη; tum τῆς Ἠπείρου corruptum esse e τῆς ἄρκτου, denique in διαφαλλω latere διαφυλάσσοντι.

2) In Apogr. legitur Σώλους. παρέλκας necessario falsum est. Quid autem haberet sententiae, id interpretatione expressimus. Ne quis autem putet auctorem peripli maiorem esse aetate Pompeji, quoniam ab eo Soloe non dicatur Pompeiolis, is cogitet, post Pompeji mortem et Augusto rerum potito pristinum nomen oppidi restitutum esse.

3) Intervallum quingentorum stad. inter ostia Pyrami et oppidum Solos etiam ab Artemidoro apud Strabonem XIV. p. 673 confirmatur. Aliqua opera oppidi Soloe, quam posteriore tempore Pompejopolin appellatam esse constat, Beaufortius superesse tradidit: qui hodie ibi vicus, mapalibus constans, est, plerumque is nomine **M e z e t l u** appellatur.

4) Non potest alius esse fluvius, nisi **S a r u s**. Apogr. habet Ἄρειον. Mensura videtur recta esse. Dicit quidem Strabo XII. p. 536 in Cappadociae descriptione, duo flumina Saron et Camalon ortus habere in Cataonia et infundi in mare Cilicium, sed in descriptione orae ipsius ciliciae neutrum ab eo commemoratur. Ptolemaeus autem, ut Anonymus noster, ostia Sari commemorat. Hodie is dicitur **S y g h u n**. Capita eius habent permulta brevia, ita ut vix eo intrari possit. Tam parum autem distat Sarus a Cydno, ut istum Beaufortius primo adspectu putaret esse brachium Cydni, quod tamen non ita esse ipse postea sibi persuadebat.

5) In apogr. est Ἀπὸ Ἀρείου ποταμοῦ ἐπὶ στόματος λίμνης δ

Ταρσὸν σταδ. α΄ ῥέει διὰ μέσης τῆς πόλεως ποταμὸς Κύδνος.[1] Ἀπὸ Ταρσοῦ ἐπὶ χωρίον Ζεφύριον[2] σταδ. ρκ΄. Ἀπὸ δὲ Σόλων ἐπὶ κώμην Καλάνθιαν[3] σταδ. ν΄. Ἀπὸ Καλανθίας κώμης εἰς Ἐλαιοῦσσαν[4] σταδ. ρ΄. Ἀπὸ Σεβάστης εἰς κώμην καλουμένην

Mediam per urbem fluit amnis Cydnus. A Tarso ad castellum Zephyrium stadia 120. A Solis ad vicum Calanthiam stadia 50. A Calanthia vico ad Elaeussam stadia 100. A Sebaste (Augusta)

καλεῖται Ῥηγμοί. Apud Strabonem XIV. p. 672 ceterosque scriptores ea palus non Ῥηγμοὶ sed Ῥῆγμα (abrupti quid) dicitur. Hodie est campus arenosus, sicut etiam os ipsum fluvii admodum brevibus coarctatum est, eo ut vix parva navigia intrare possint. Sed post ostia dilatatur alveus. Hodie dicitur Sarus Tersus-chayi, ut antiqua Tarsus Tersus.

1) Intervallum inter os Cydni et urbem Tarsum secundum Strabonem tantummodo constabat quinque stadiis. Sed mensura Stadiasmi confirmatur a Beaufortio, qui dicit p. 271 Tarson abesse ab ostiis fluvii duodecim millia passuum. Addidimus διὰ ante μέσης. Hodie non per urbem ipsam, sed citra eam fluit.

2) E Beaufortii libro p. 279 intelligimus, inter utrumque flumen Sarum et Cydnum longe in mare porrigi promontorium arena effectum, quod quo minus idem existimemus, quod a Mela III. 3 inter Pyramum et Cydnum esse dicitur, ab eodemque promontorium Ammodes (i. e. arenosum) appellatur, plane nihil obstare videtur. Non possumus autem Beaufortio assentiri, qui hoc promontorium idem esse arbitratur, quod a veteribus omnibus Zephyrium appellatur, atque occasum versus ab oppido Anchiale esse dicitur. Ac profecto quidem ora in illa terrae parte satis aequalis perque parum scissa est; sed tamen illo loco, ubi hodie ad parvum flumen vicus Merayn situs est, ora paullum convexa est, et Beaufortio ipso auctore ibi nonnulla vestigia veterum aedificiorum reperiuntur. Zephyrium vero etiam a Scylace p. 40 πόλις dicitur, quam non magnam fuisse, inde suspicandum est, quod in hoc periplo χωρίον dicitur.

3) Hic locus a nemine memoratur. Quia autem nec nomen eius quidquam habet, quod improbari possit, et ab Anonymo nostro multorum locorum facta mentio est, quorum apud alios scriptores nulla est, fortasse hoc loco nihil a scriba peccatum est, quamquam non vehementer obloquar, si quis putet, in Calanthia Latmum, qui et fluvius erat et vicus, latere, cuius quidem ab omnibus fit mentio.

4) In apogr. legitur: ἐλαιοῦντα, pro quo Iriarte minus recte existimavit legendum esse ἐλαιῶνα (olivetum). A Stephano ἐλαιοῦσσα tum insula tum peninsula dicitur. A Beaufortio traditum est, Elaeussam nunc isthmo arena accumulata orto cum continente coniunctam esse. Initio in continente, in qua portus satis amplus esset, conditum fuit oppidum, quam Elaeussam appellabant idque, si locus coniecturae est, propter olivarum copiam. Atque insula, cum ipsa quoque tota oleis obsita esset, etiam ei hanc ipsam ob rem nomen Elaeussa dabatur, non autem ab oppido. Posterioribus temporibus Cilicia aspera regno Archelai attributa, is rex in insula, quae usque illuc parum habitata esset,

Κώρυκον σταδ. κ'. Ἀπὸ δὲ Σόλων εἰς Κώρυκον[1] *σταδ. σπ'. ὑπὲρ τῆς ἄπεχον ἐστὶν ἄντρον Κωρύκιον καλούμενον σταδ. ρ'.*

ad vicum nomine Corycon stadia 20. A Solis autem ad Corycon stadia 280. Supra eam longe abest stadia 100 specus, nomine

et regiam et novam urbem condidit, quam et veterem Elaeussam, nam ambae urbes una erant, appellabat Sebasten, propterea, quod ipse ab imperatore Augusto rex factus erat. Atque haec ipsa Sebaste est, quae protinus ab Anonymo nostro commemoratur, sed cuius nomen in apographo vel codice in *Σεβαστή-ης* corruptum est. Huius urbis multas insignesque reliquias invenit Beaufortius, p. 252 sqq., et in iis sepulcra aliquot, quae integra etiam nunc sunt, et tres aquaeductus maxime admiratus est. In mediis ruinis huius quondam celeberrimae ac florentissimae urbis, tanquam ut inter tumulos, numerus tuguriorum est, quem vicum incolae Ayas appellant.

1) De Coryco, qui in periplo vicus dicitur, haec scripsit Mela I. 13: Non longe hinc [a Pompeiopoli] Corycos oppidum portu saloque incingitur, angusto tergore continenti annexum. Supra specus nomine Corycius, singulari ingenio ac supra, quam ut describi facile possit, eximius. Deinde Plin. hist. nat. V. 22: Iuxtaque mare Corycus eodem nomine oppidum et specus. Strabo XIV. p. 615 nihil praeter promontorium et specum commemorat, unde licet conicere, post eius demum aetatem eum vicum, qui in illo promontorio fuit, in magnitudinem et nomen oppidi crevisse, quod portu praeclaro, qui ibi esset, probabile est, effectum esse. Nomen huius urbis superest in castello Korghos, quod idem nomen magna urbs apud illud sita mediis aetatibus habuit. Ea autem non in vestigiis veteris Coryci, sed ab eo ad occidentem adhibitaque vetere materia condita est. Hoc loco dicendum est, a Mela aream Coryci minus accurate definitam esse, cum urbem angusto tergore continenti adnexam esse diceret; nam e Beaufortii libro p. 255 intelligimus, quae veteris Coryci mutila monumenta supersunt, eo non extremo promontorio ipso, sed supra id reperiri. Quam ob rem nos sic existimamus, portum Corycium ibi fuisse, ubi promontorium commissum esset cum continente, et urbem partim in tergore, qui profundo inflexu maris ortus esset, partim supra id in continente sitam fuisse. Anglus Beaufortius l. l. addit, alterum castellum e regione superiori in parva insula situm esse, et putare se, hanc insulam eam esse, quae a Strabone Crambusa dicatur. Is enim haec dicit XIV. p. 571: *εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα, ὁμώνυμος τῇ προτέρᾳ, καὶ Κράμβουσα νῆσος. καὶ Κώρυκος ἄκρα, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἐστὶ τὸ Κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται.* E quibus verbis cum appareat Crambusam nonnullo interposito spatio post promontorium Corycum iacuisse, cumque Beaufortius dicat, posteriorem Corycum magis ad occidentem quam superiorem exstructam fuisse, is gubernator navium iure nobis videtur contendere, alterum castellum, etiam Korghos dictum, in Strabonis insula Crambusa aedificatum esse. Ut autem haec insula in periplo non memorata sit, hinc factum esse videtur, quod antiquis temporibus non habitata esset. Ceteroquin mirari satis non possumus, cur Leakius istam insulam pro promontorio Coryco

Ἀπὸ τοῦ Κωρύκου ἐπὶ λιμένα καλούμενον καλὸν Κορακήσιον σταδ. ρκε΄. Ἀπὸ τοῦ Κορακησίου ἐπὶ τὴν Ποικίλην Πέτραν, ἥτις ἔχει κλίμακα, δι' ἧς ἐστιν ὁδὸς εἰς Σελεύκειαν τὴν ἐπὶ τοῦ Καλυκάδνου,[1] *σταδ. ο΄. Ἀπὸ τῆς κλίμα-*

Corycius. A Coryco usque ad portum, nomine pulcrum Coracesium, stadia 125. A Coracesio usque ad Poecilen Petram, quae scalam habet, per quam via ducit ad Seleuciam ad Calycadnum sitam, stadia 70. A scala usque ad amnem Calydnum sta-

potuerit habere, cum ne ullum quidem ullius generis vestigium abrupti promontorii ab iis, qui ibi fuerunt, detectum est. — Quae statim sequuntur verba: *ὑπὲρ οὗ ἄπεχον ἐστὶν ἀκρωτήριον Κωρύκιον καλούμενον στάδια ρ΄*; ea nobis nullo pacto integra esse videntur. Nam si ita interpretamur, quo illa modo se habent, sententiam habemus hanc: supra Solos abest promontorium Corycium, quod dicitur, stadia 100, quae sententia plane falsa est; nam prom. Corycium non potest septentriones versus a Solis iacuisse. Itaque certe *ὑπὲρ ἧς* aut *οὗ* corrigendum est. Nec vero etiam fieri potest, ut promontorium supra Corycum iacuerit. Debebat igitur certe dici: infra Corycum. Quod ita cum sit, dubitari nullo modo potest, quin pro *ἀκρωτήριον*, quod hoc loco ineptum est, *ἄντρον* scribendum sit; nam probabile non est, huius antri hoc in periplo mentionem factam non esse. Numerus ρ΄ certe falsus est, videturque pro ρ΄ cum Strabone XIV. p. 671 ponendum esse κ΄. Ac fortasse superius κ΄ cum hoc ρ΄ commutandum est. Sed ne ita quidem, ρ΄ pro vero numero haberi posset, si legeretur *ἀκρωτήριον*, et *ὑπὲρ*, quod fieri non potest, quamquam factum est a Mannerto (Geographie der Griechen und Römer Vol. VI. P. II. p. 76), explicaretur: infra, nam tanto intervallo nec abfuit, nec potuit etiam ab urbe Coryco abesse promontorium Corycus. Denique vero etiam, ne hoc omittamus dicere, promontorium ipsum Κώρυκος non ἄκρα Κωρύκια dictum est. Post hoc promontorium autem aliud, nomine Anemurium, a Strabone XIV. p. 669 commemoratur, quod tamen non Ptolemaei Zephyrium est, ut Mannertus dicit, sed quo modo a Ptolemaeo situs Zephyrii descriptus est, is non potest intellexisse, nisi rupem, quam dicebant Variam. Nec ullo modo potest hoc Anemurio, aut Zephyrio promontorium Corycus, ut Mannertus contendit, significari. Hoc autem Anemurium videtur propterea in hoc periplo omissum esse, quod id non haberet locum, quo navis appelli posset.

1) In apogr. legitur *Λύκου*, et deinceps *ἐπὶ τὸν ποταμὸν Καλύκιον*. Apud Beaufortium p. 223. 234 sq. legimus, citra ultraque hoc flumen magnum esse campum cumulis arenae obtectum. De Seleucia haec dicit Stephanus Byz.: *Σελεύκεια, πόλις ἐπὶ Κιλικία τραχεία λεγομένη. ὠνόμασε δὲ Σελεύκειαν αὐτὴν Σέλευκος ὁ Νικάτωρ, ὡς Ἀλέξανδρός φησι· πρότερον δὲ Ὀλβία ἐκαλεῖτο καὶ Τρία.* Hodie quoque antiquum nomen in Selefky servatum est, insignesque reliquiae veterum operum, magnificentiam testantur antiquae urbis.

κος[1] ἐπὶ τὸν ποταμὸν Καλύκαδνον σταδ. μ'. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ [Καλυκάδνου] ἐπὶ ἄκραν ἀμμώδη στενήν, Σαρπεδονίαν καλουμένην, σταδ. π'. Ἀπὸ ταύτης ἀνατείνοντα βραχέα ὡς ἀπὸ τῆς Σαρπεδονίας[2] σταδίους κ'. Ἀπὸ τῆς ἄκρας ἔγγιστα πρὸς τὴν Κύπρον εἰς πόλιν Καρπασίαν νεώταταν[3] σταδ. υ'.

dia 40. A fluvio Calydno usque ad promontorium arenosum, nomine angustam Sarpedoniam, stadia 80. Ab ea procurrentia brevia ab Sarpedonia stadia 20. Ab hoc promontorio proxime in Cyprum versus ad urbem Carpasiam extremam stadia 400. A promon-

1) Beaufortius narrat p. 234, non ita longo intervallo a Calydno, post magnam illam planitiem arenosam, redundatione Calydni atque noto natam, esse ruinas urbis quondam moenibus circumdatae, templa, porticus, aquaeductus tumulosque. Eam urbem exstructam esse intra convallem angustam, quae videatur portus quondam fuisse, angusto ore in mare se aperiens. Multa tuguria inter ruinas dispersa esse, atque ea ab incolis dici vicum P e r s h e n d y. Quae si cogitatione tenemus, videtur prope hunc quasi circulum montium illud promontorium, *πέτρα ποικίλη* dictum, statuendum esse; nam idem locus hodie quoque incolis veteris Seleuciae portui inservit. Super hunc montem viam, scalae instar, duxisse ad Seleuciam urbem, etiam a Strabone traditum est. Conferatur XIV. p. 670: *μετὰ δὲ τὸν Καλύκαδνον ἡ Ποικίλη λεγομένη πέτρα, κλίμακα ἔχουσα λατομητὴν, ἐπὶ Σελεύκειαν ἄγουσαν.* Si a Beaufortio p. l. non accepissemus, post Calydnum usque ad locum Pershendy humilem esse oram, neque ullum locum in mare porrectum, mallemus credere, pulcrum Coracesium in vico Pershendy quaerendum esse.

2) A Strabone XIV. p. 670 hoc promontorium *Σαρπηδών* scribitur, a ceteris autem ita ut a nostro anonymo. Quod autem in hoc periplo arenosum atque angustum dicitur, id plane a Beaufortio p. 235. confirmatum videmus dicente: inde ab A g h a - l i m a n, (vetere portu Seleuciae) magna planities arenosa longe in mare porrigebatur: principium eius occidentale desinebat in cornu humile et periculosum, arabice L i s s a n - e l - K a h p e h (italice L i n g u a d i B a g a s c i a) cognominatum; amnis Ghiuksuy (i. e. Coelestis fluvius, i. e. Calycadnus), parens huius magnae planitiei, alluvione natae, eius partem orientalem definit. — Cum praeterea periplo doceamur a Sarpedonia brevissimum transitum ad insulam Cyprum fuisse, id promontorium longe in mare imminuisse apparet: quare nobis ille Anglus falsus esse videtur, quod L i s s a n - e l - K a h p e h dixit vetus promontorium Zephyrium fuisse. Huc accedit, quod etiam a Beaufortio ipso illud confirmatur, prope ab illo promontorio vada fuisse. Nec minus eo confirmatur, L i s s a n veterem Sarpedona esse, quod ab hoc retro numerantur stadia, et ad Seleuciam et ad Solos. In apogr. *Ἀπ' αὐτῆς ἀνατεινὸν τὰ.*

3) In apogr. legitur: *εἰς πόλιν Καρπασίου νεωτάσου.* De urbe Carpasia in insula Cypro sita Stephanus habet haec: *Καρπασία, πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Κυπριακοῖς. Διονύσιος δὲ διὰ διφθόγγου Καρπάσειαν αὐτήν φησιν ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν· ἠδ' ὁπόσοι Κινύρειον ἠδ' ἀλφεινὴν Καρπάσειαν.*

Ἀπὸ Σαρπηδονίας ἄκρας εἰς Σελεύκειαν σταδ. ρκ΄. ὁμοίως καὶ εἰς Σόλους σταδ. ρκ΄. Ἀπὸ δὲ τῶν Ὁλμῶν[1] ἐπ᾽ ἄκραν καὶ κώμην καλουμένην Μύλας[2] σταδ. μ΄. Ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ λιμένα

torio Sarpedonia ad Seleuciam stadia 120. Item usque Selos stadia sunt 120. Ab Holmis ad Mylas et promontorium et vicum stadia 40. A promontorio ad portum Nesulium et promontorium in-

1) Nihil certo excidit, quamquam repente **Holmi** commemorantur. Hodie **Aghaliman**, i. e. portus Agha, dicuntur, de quo Beaufortius haec dicit: Aghaliman est perangustus sinus, sed tutus a ventis, qui quondam portus Seleuciae erat, cum ea portus indigeret. Cum Beaufortio auctore Aghaliman non plus novem millia passuum a Seleucia absit, traditumque ab veteribus scriptoribus memoriae sit, incolas Holmorum a conditore Seleuciae ad augendam multitudinem in hanc urbem iussos esse migrare, ita ut Holmi inde ab eo tempore portus tantum essent, quin ii in Aghaliman quaerendi sint, vix dubitari posse videtur. Sed haud dubie ille Anglus primus fuit, qui haec verba Strabonis XIV p. 671 recte explicaret: *εὐθὺς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Καλυκάδνου ἐκβολὴ κάμψαντι ἠϊόνα, ποιοῦσαν ἄκραν, ἣ καλεῖται Σαρπηδών. Πλησίον ἐστὶ τοῦ Καλυκάδνου καὶ τὸ Ζεφύριον, καὶ αὕτη ἄκρα· ἔχει δὲ ὁ ποταμὸς ἀνάπλουν εἰς τὴν Σελεύκειαν πόλιν εὖ συνοικουμένην, καὶ πολὺ ἀφεστῶσαν τοῦ Κιλικίου καὶ Παμφυλίου τρόπου.* Omnes enim viri eruditi, qui in studio geographiae antiquae versati sunt, putaverunt, Zephyrium a Strabone post Calydnum poni, ita ut is amnis inter promontoria Sarpedoniam et Zephyrium in mare infunderetur. Sed id a Strabone dici, neque ex eius verbis apparet, et refutatur iis, quae tum sequuntur: *μετὰ δὲ τὸν Καλύκαδνον ἡ Ποικίλη λεγομένη πέτρα, κλίμακα ἔχουσα λατομητήν, ἐπὶ Σελεύκειαν ἄγουσαν κ. τ. λ.* Quo etiam istud accedit, ut Beaufortius in illa ora, ultra Calydnum porrigente se, non ullum, quod in mare immineret, cornu conspexerit. Nos igitur putamus, non longe a Calydno et citra eum promontorium quoddam fuisse, quod tamen alluvione arenae, multa saecula continuata, exaequatum est. Si quis autem nostram velit opinionem Ptolemaeo refellere, is hoc teneat, Ptolemaeum verba Strabonis pariter minus recte potuisse intelligere atque ceteros omnes.

2) Praeter Plinium l. l. nullus alius scriptor harum Mylarum mentionem facit. Quam deinceps habemus scripturam *Μύλη*, eam Plinius quoque secutus est. Re autem diligenter ponderata assentiri Leakio non possumus, existimanti, Mylas id promontorium esse, quod aetatibus mediis **Cap Cavaliere**, i. e. prom. Eques, dictum est. Nam id, ut postea iterum dicetur, non potest aliud esse, nisi Aphrodisias, cuius infra fit mentio. Mylae enim non potest longe ab Holmis abfuisse, ut vel Plinio, eam statim post Holmas (sic enim scribit) commemorante, vel Stadiasmo, mensuram quadraginta tantum stadiorum ponente, confirmatur. Atque etiam, si rationem tabulae a Beaufortio descriptae habemus, vix possumus dubii haerere, quo Mylas collocandas esse putemus. Nam inde ab Holmis litus longe recedit; et quod tum est cornu, id pro area veterum Mylarum habendum esse putamus.

Νησούλιον[1] καὶ ἄκραν ἐπινήσιον σταδ. ξ΄. Ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ χωρίον Φιλαίαν σταδ. κ΄. Οἱ πάντες ἀπὸ Μυλαίων τὸν ἔκπλουν σταδ. φ΄. Ἀπὸ τῆς Φιλαίας ἐπὶ νῆσον Πιτυοῦσσαν[2] σταδ. ρλ΄. Ἀπέχει ἡ Πιτυοῦσσα ἀπὸ Χεῤῥονήσου τῆς πρὸς τὴν Μύλην σταδ. κ΄. Ἀπὸ τῶν ἄκρων[3] τῆς Πιτυούσσης πρὸς τὴν Ἀφροδισιάδα σταδ. με΄. Ἀπὸ Ἀφροδισιάδος ἐκ τῶν εὐωνύμων ἔχοντι τὴν Πιτυοῦσσαν[4] ἐπὶ πύργον κείμενον πρὸς ἄκρᾳ, ἣ προσονομάζεται Ζεφύ-

sulae simile stadia 60. Ab hoc promontorio ad castellum Philaeam stadia 20. Universa sunt stadia a Mylis recto cursu 500. A Philaea ad insulam Pityussam stadia 130. Abest Pityussa a continente, apud Mylas stadia 20. A promontoriis Pityussae ad Aphrodisiadem stadia 45. Ab Aphrodisiade, a sinistra habenti Pityussam, ad turrim aedificatam in promontorio, quod Zephyrium cognominatum est, stadia 40. A Zephyrio ad promontorium

1) Hoc Nesulion a nullo alio scriptore commemoratur; nos autem putamus, id promontorium breve, quod e regione insulae Pityussae est, antiquis temporibus hoc nomine denotatum esse. Neque Philaea, quae statim sequitur, quam viginti tantum stadia auctor Peripli nostri a Nesulio abesse dicit, a quoquam commemoratur. Nec possumus dubitare, tabulam Beaufortii considerantes, quo hoc castellum locemus: locandum est enim a latere sinistro promontorii Aphrodisiadis, et nisi toti fallimur, est illa parva insula, eadem Cavaliere dicta, quae ad orientem a promontorio Aphrodisio iacet. Ego reliqui *Μυλαίων*, quamquam intelligendae sunt Mylae, quae supra dictae sunt. Ceterum apparet, mensuram φ΄ plane falsam esse.

2) Haec insula Pityussa etiam in Actis sancti Barnabae commemoratur, v. Wessel. not. 708. Non potest dubium esse, quin haec insula eadem sit, quae temporibus bellorum sacrorum Provençal, propterea quod lingua provinciali equitum Ioannensium teneretur, dicta est; a Turcis autem hodie Manavat appellatur. In ea multa opera equitum restant. Mensura intervalli inter Mylas et Pityussam sine dubio integra est.

3) *Ἀπὸ τῶν ἄκρων*. Est profecto difficile statuere, utrum *ἀπὸ τῆς ἄκρας* corrigendum, an vetus scriptura relinquenda sit. Habet enim Pityussa plura loca longe in mare imminentia, sed cum ad magnitudinem mensurae intersit, a quo quis promontorio provehatur, videtur non posse intelligi nisi unum promontorium, nisi forte ita existimandum est, pluralem eam ob causam esse positum, ut significaretur, inde a primo promontorio cetera praeternavigata esse.

4) In apogr. legitur: *ἐκ τῶν εὐωνύμων ὑμῶν ἔχον τὴν Πιτυοῦσαν*. *Ὑμῶν* haud dubie nihil est, nisi repetitio postremarum syllabarum verbi *εὐωνύμων*, et pro *ἔχον* scribendum erat *ἔχοντι*. — Haec Aphrodisias et a Ptolemaeo commemoratur, et a Scylace p. 40, a quo tamen *Ὅρμος Ἀφροδίσιος* dicitur. In eo promontorio etiam urbem fuisse cognominem intelligimus ex hoc periplo et ex Plinio, qui hist. nat. V. 22 dicit: Promontorium Sarpedon. Oppida: Holmae, Myle. Promontorium et oppidum Veneris, a quo proxime Cyprus insula. Videtur autem Aphrodisias eadem penin-

ριον [1] σταδ. μ΄. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου ἐπ᾿ ἄκραν καὶ πόλιν Ἀφροδισιάδα [2] σταδ. μ΄. Ἀπὸ δὲ τῆς Σαρπεδονίας ἄκρας εἰς Ἀφροδισιάδα ὁ πλοῦς ἐπὶ τὴν κα.....δεθιν [3] σταδ. ρκ΄. Ἡ δὲ Ἀφροδισιὰς κεῖται ἔγγιστα τῆς Κύπρου πρὸς τὸν Αὐλῶνα ἄκτην κατὰ Κρομμύων ἐχούσης [4] πρὸς τὰ μέρη τῆς ἄρκτου σταδ. φ΄. Ἀπὸ Ἀφροδισιάδος ἐπὶ χωρίον καλούμενον Κίφισον [5] σταδ. λε΄. Ἀπὸ Μέλανος [6] ποταμοῦ ἐπὶ ἄκραν Κραύνους [7] σταδ. μ΄. Ἀπὸ τῶν

et oppidum Aphrodisiadem stadia 40. A promontorio Sarpedonia ad Aphrodisiadem navigatio usque ad Celenderin stadia 120. Aphrodisias autem iacet proxime Cyprum ad fretum versus ripam circa Crommyon habentem ad septentriones stadia 500. Ab Aphrodisiade ad castellum dictum Ciphisum stadia 35. A Melane fluvio ad promontorium Craunos stadia 40. A Craunis ad Pisurgia a

sula esse, quae temporibus bellorum sacrorum Cap Cavaliere, i. e. prom. Eques, dicebatur eadem de causa, quam supra dixi. De hoc loco haec scripsit Beaufortius: Promontorium, Cavaliere dictum, ultimum est et summum eorum, quae ab hac ora in mare porriguntur: scopuli marmore compositi ardui e mari se attollunt ad septingentos pedes. — Omnes loci huius insulae, qui accessi sunt, defenduntur moenibus, atque e regione Isthmo est editus locus, in quo olim munitiones fuisse videntur. Isthmus ipse latus est fere ducentos pedes, habetque duas paludes non adeo profundas, cum mari canali coniunctas. — Interiorem partem insulae non perscrutabamur, et quae pauca videbamus domicilia, ea erant ad portum aliquem ad occidentem versus ab Isthmo. Prope erant laurus, quae, quod memoratu dignum est, nusquam alibi nisi prope antiquas ruinas inveniuntur.

1) Hoc Zephyrium praeter auctorem peripli a nullo alio commemoratur; ego autem non dubito, quin cornu istud, quod post illum sinum est, qui hoc ipso et promontorio Aphrodisiade efficitur, pro Zephyrio habendum sit.

2) Retro navigavit auctor peripli, ne quis refelli putet situm Zephyrii a me descriptum.

3) Quid in hoc verbo, partim in codice deleto, lateat, difficile dictu est; nobis tamen visum est urbem Celenderim a scriptore significari.

4) Quo modo ea verba corrigenda essent, conati sumus cogitatione assequi. In apogr. legitur: πρὸς τὴν Αὐλῶνα et: κατὰ πρύμναν ἔχουσα; mensura tamen videtur integra esse. Hodie quoque a Cypro insula directe versus Seleuciam, quae supra Sarpedoniam est, navigatur. Conf. Kinneir, Reise durch Kleinasien etc. p. 160 sqq. Ptol. V. 14 dicit Κρομμύων, Strabo XIV. p. 669. 582. 683 Κρομμύου ἄκρα.

5) Hoc castellum a nemine commemoratum videmus. Non dubitamus, quin id ibi fuerit, ubi terra inter duos sinus in mare porrigitur. Vidit ibi reliquias Beaufortius, qui tamen iniuria, ibi Holmos fuisse dicit.

6) Intervallum inter Ciphisum et Melanem excidit. Quo nomine hic fluvius appelletur, a nemine dicitur, sed fluvium in illa parte orae esse, ostendunt tabulae.

7) Crauni, qui iidem a nemine commemorantur, siti post Melanem fuerunt; nam statim post

Κραύνων ἐπὶ τὰ Πισούργια[1] εὐώνυμα ἔχοντι τὴν Κράμβουσαν σταδ. με΄. Ἀπὸ τῆς Ἀφροδισιάδος ἐπὶ τὰ Πισούργια σταδ. ρκ΄. Ἀπὸ τῶν Πισουργίων εἰς κόλπον Βερενίκης[2] σταδ. ν΄. Ἀπὸ Κελενδέρεως[3] εἰς Μανδάνην σταδ. ρ΄. Ἀπὸ Μανδάνης[4] ἐπ' ἀκρωτήριον Ποσείδιον[5] καλούμενον σταδ. ζ΄. Ἀπὸ Μανδάνης ἐπὶ τὰ Διονυσιοφανοῦς σταδ. λ΄. Ἀπὸ Διονυσιοφα-

sinistra habenti Crambusam stadia 45. Ab Aphrodisiade ad Pisurgia stadia 120. A Pisurgiis ad sinum Berenices stadia 50. A Celenderi usque Mandanen stadia 100. A Mandane ad promontorium Posidium dictum stadia 7. A Mandane usque ad Dionysiophanos stadia 30. A Dionysiophanis ad Arymagdum sta-

hunc fluvium locus est, qui longe ultra ostia in mare porrigitur.

1) Etiam hic locus solum in hoc periplo reperitur. Nos putamus Pisurgia in illa peninsula sive promontorio fuisse, quae post Aphrodisiadem longissime in mare porrecta est, quaeque a Beaufortio Leakioque falso pro Aphrodisiade ipsa habita est. Nos verum vidisse, maxime insula parva confirmatur, quae haud procul a Pisurgiis est, quaeque hodie Papatoula, i. e. insula papilionum, dicitur. Eam pro Crambusa, quae ab auctore peripli commemoratur, habemus. Denique nostra opinio etiam eo firmatur, quod stadia ab Aphrodisiade in hoc promontorium per directum numerantur. — In apogr. autem legitur: *εὐώνυμα ἔχοντα*.

2) In apogr. est: *εἰς κόλπον Βερονίκην*, pro quo Iriarte vult scribi *Βερενίκην*; sed si quid videmus *Βερενίκης* scribendum est. Huius sinus, certe hoc nomine appellati, non ullus alius mentionem facit. Qui autem fuerit, nobis non dubium videtur; prius enim, quam Celenderim perveniatur, est sinus magnus, qui multum in continentem resilit. Factum est autem, ut cum haec regio subdita esset regibus Aegypti, is nomen a Berenice, quod nomen tot reginae Aegyptiae gessere, acciperet.

3) Stadiasmus a sinu Berenices usque ad Celenderim deperditus est. Huius urbis etiamnum reliquiae supersunt, ac ne nomen quidem deletum est; nam hodie is locus Kelindreh dicitur. Est bonus portus, a quo in terras meridianas fere solvunt naves. Aliquamdiu haec urbs Palaeopolis dicebatur.

4) Strabo XIV. p. 670 haec dicit: *ἐν ταύτῃ δ' ἐστὶν Νάγιδος, πόλις πρῶτον μετὰ τὸ Ἀνεμούριον· εἶτ' Ἀρσινόη πρόσορμον ἔχουσα· εἶτα τόπος Μελανία, καὶ Κελένδερις πόλις, λιμένα ἔχουσα.* Est valde probabile, hanc Mandanen eandem esse, quae a Strabone *Μελανία* dicitur. Est parva peninsula, et Beaufortio tradente, hodie quoque vestigia veterum aedificiorum in ea inveniuntur.

5) Hoc Posidium est sine dubio idem promontorium, quod hodie Kitzliman dicitur. Est angusto atque humili isthmo cum continente commissum.

6) Nos nihil mutavimus, quamquam *τὰ Διονυσιοφανοῦς* integrum esse non potest. Nomen ductum esse a Baccho facile intelligitur, non item, quid sit *φανοῦς*. Nam *φανός* aut significat clarus, luminosus, splendidus, aut est substantivum significatque lumen, lucerna, radii, fax. Potest igitur

νοὺς εἰς Ἀρύμαγδον¹ σταδ. λ′. Ἀπὸ Ἀρυμάγδου εἰς Ἀνεμούριον σταδ. ν′. Ἀπὸ Ἀνεμουρίου ἐπὶ τὰ τῆς Κύπρου ἔγγιστα ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν σταδ. τ′. Ἀπὸ δὲ Ἀνεμουρίου² εἰς Πλατανιστοῦντα σταδ. τν′. Ἀπὸ Πλατανιστοῦντος εἰς χωρίον Χάραδρον³ σταδ. τν′. Ὑπὲρ δὲ Χαράδρου κεῖται ὄρος μέγα, Ἀνδρικὸς καλούμενος, ἀπο

dia 30. Ab Arymagdo ad Anemurium stadia 50. Ab Anemurio proxime in Cyprum versus iuxta Crommyû promontorium stadia 300. Ab Anemurio autem ad Platanistunta stadia 350. A Platanistunte ad castellum Charadrum stadia 350. Supra Charadrum iacet mons mag-

significare: Bacchus lucens, aut lucerna Bacchi. Hunc locum eundem esse, qui posthac Arsinoë appellaretur, hec nomen autem eo tempore natum esse, quo haec regio regibus Aegypti pareret, iam significavi.

1) Quanquam, quantum nos meminimus, non videtur ab auctore huius peripli mentio fieri fluviorum non addito hoc verbo nominibus propriis, tamen similitudine nominis adducimur, ut in Ῥυγμανοὺς et Ῥυγμανῶν latere putemus fluvium Arymagdum, hodie Ondek-Skelessi dictum. Urbis Nagidi sive Agidi, quae a Strabone, fluvium Arymagdum non commemorante, dicitur, sibi Beaufortius et locum et ruinas reperisse videtur.

2) Hoc promontorium Anemurium hodie etiam appellatur Anamúr. In apogr. est Κρόμμυ. Debebam corrigere; nam illud prom. insulae Cypri Κρόμμυον dicitur.

3) Strabo XIV. p. 669 dicit haec: εἶτα Χαραδροῦς ἔρυμα, καὶ αὐτὸ ὕφορμον ἔχον. ὑπέρκειται δ' ὄρος Ἄνδρικος, καὶ παράπλους τραχὺς, Πλατανιστὸς καλούμενος· εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα, καθ' ἣν ἡ ἤπειρος ἐγγυτάτω τῆς Κυπρίας ἐστὶν ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν, ἐν διάρματι σταδίων τριακοσίων πεντήκοντα. Videmus igitur hoc quoque loco, ut supra de Seleucia, Stadiasmum consentire cum Strabone. Apud Beaufortium p. 194 haec legimus: Aliquot millibus passuum factis orientem versus devehebamur ad vallem inter montes sitam, per quam rivulus fluebat, super quam utrimque tuguria pastorum videbamus, et in ostiis eius ruinas aetatum recentiorum. Incolae appellabant locum illum Karadran; nomen indicat Charadrum, castellum et portum, qui Strabone auctore inter Cragum et Anemurium, in ora aspera, Platanisto dicta, erat. Aspera tristisque iure haec ora dici potest; nam inde a planitie Selinuntis usque ad promontorium Anemurium, quod est spatium triginta millium passuum, pecten nudorum saxosorumque montium bis tantum angustis vallibus interrumpitur, per quas torrentes se infundunt in mare. Prima vallis est Karadran (Charadrus), altera media est inter hanc et promontorium Anemurium, et ibi quoque reperitur recentium aliquid ruinarum. Magnum illud Tauri brachium, quod directo ab Alaya (Coracesio) it usque ad prom. Anemurium, repente ex adverso Charadro desinit, hocque ipsum brachium erat sine dubio mons Andriclus, quem Strabo describit imminentem Charadro. Quibus verbis et quae Strabo dicit, et quae auctor huius peripli plane confirmantur. Nos igitur etiam cum Strabone Ἄνδρικος scripsimus, cum in apogr. esset Ἄνδρικος. (In aliquot codicibus Strabonis scribitur Ἄνδρικλος, sed alteram scripturam Ἄνδρικος iu-

σταδ. λ'. Ἀπὸ τοῦ Χαράδρου ἐπὶ χωρίον Κράγον[1] καλούμενον σταδ. ρ'. Ἀπὸ τοῦ Κράγου ἐπὶ χωρίον ἐπὶ θαλάσσης Νεφελὶν[2] σταδ. κε'. Ἀπὸ τοῦ Νεφέλεως ἐπὶ ἄκραν Νησιαζοῦσαν[3] σταδ. π'. Ἀπὸ Νησιαζούσης ἄκρας εἰς Σελινοῦντα[4] σταδ. ρ'.

nus, nomine Andrieus, procul stadia 30. A Charadro ad castellum Cragum dictum stadia 100. A Crago ad castellum maritimum Nephelin stadia 25. A Nepheli ad promontorium Nesiazusam stadia 80. A Nesiazusa ad Selinunta stadia 100. A Selinunte ad Acamanta Cypri sta-

stiorem esse etiam Periplo confirmatur, habente Ἄνδρωκος.) — Hoc loco ea reprehendimus, quae supra a nobis consulto omissa sunt, putamus enim, quae a Beaufortio media inter Charadrum et Anemurium vallis et sinus commemoratur, eum locum esse, qui in Periplo nostro Πλατανοῦς dicitur. Ac nos non dubitamus, quin tota ora nomen traxerit ab hac valle, quae propter copiam platanorum Πλατανιστός aut etiam Πλατανιστοῦς diceretur. Intelligimus igitur hoc quoque loco hunc Periplum confirmari scriptoribus recentibus. Scriptura, quae in apogr. est, necesse est sit corrupta.

1) Haec dicit Strabo XIV. p. 669: εἶτα Κράγος, πέτρα περίκρημνος πρὸς θαλάττῃ. Is autem castellum non commemorat. Est veri simillimum, iuxta hoc ipsum castellum posthac ab Antiocho novam urbem, ab ipsius nomine appellatam, conditam esse. Nam a Ptolemaeo Antiochia in Crago commemoratur, quae tamen inferior Strabone et Periplo fuisse videtur.

2) E Beaufortii tabula geogr. videmus, non longe a prom. Crago alterum promontorium esse, ita ut mensura in Stadiasmo stadiorum viginti quinque plane conveniat; quam ob rem certum esse videtur, in hoc promontorio exstructam fuisse Nephelin; nam ita duxi duce Ptolemaeo scribendum esse. In apogr. enim falso est Ζεφέλιους, ac deinceps Ζεφελίου.

3) Si sequeremur Leakii tabulam, non posset ulla dubitatio esse, quin haec Nesiazusa non procul a Selinunte, ubi longa lingua est, collocanda esset; cui tamen loco, si quid in hac re auctoritatis ponendum est, mensura in stadiasmo, neque a Nepheli ad Nesiazusam, neque a Nesiazusa ad Selinunta conveniret. Ceterum hoc nomen, quod significat: formam insulae habens, nihil habet offensionis. Supra erat Νησούλιον, quod diximus nobis videri diminutivum verbi νῆσος, quod de promontorio dictum idem significat.

4) Haec scripsit Beaufortius p. 181: Aliquot millibus passuum factis ora rupibus plena aperit se in campum feracem duobus rivulis distinctum, quorum unus altum promontorium et amoenum circumit, quod Selinty dicitur. Paullo post haec adduntur: Mons et promontorium Selinty se attollit arduum e planitie ab altero latere, ab altero efficit ordinem nudorum scopulorum, quorum in summo iacent ruinae veteris castelli, quo aditus ad montem undique defenditur. Coelo meridiano cernebamus perspicue insulam Cyprum, e mari eminentem, quanquam distantem plus septuaginta millia passuum. Ac primum quidem dicendum est, ab Anonymo nostro promontorium et fortasse etiam castellum intelligi. Strabo Selinuntem fluvium dicit; nam haec sunt eius verba XIV. p. 669: εἶτα Λαέρτης φρούριον ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς,

Ἀπὸ Σεληνοῦντος ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα τῆς Κύπρου σταδ. ͵ασ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀκάμαντος εἰς Ναύλους[1] σταδ. ρκ'. Ἀπὸ τῶν Ναύλων ἐπὶ χωρίον ἐπὶ θαλάσσης λεγόμενον Λαέρτου[2] σταδ. τκ'.

dia 1200. Ab Acamante ad Naulos stadia 120. A Naulis ad castellum maritimum, dictum Laertis castellum, stadia 320. A

ὕφορμον ἔχον· εἶτα Σελινοῦς ποταμός. Ac profecto fieri potest, ut ille rivulus, quem Beaufortius dicit, quondam maior fuerit, aut etiam temporibus hibernis in fluminis magnitudinem crescat dictumque sit Selinus. Quam ob rem nobis Groskurdius non recte fecisse videtur, quod πόλις putavit corruptum esse in ποταμός. Hoc profecto modo res critica factitanda non est. Quae autem istic urbs fuit, etiam Selinus appellata, eam probabile est, post Strabonis auctorisque peripli nostri aetatem esse conditam. Haud dubie autem illud promontorium propter copiam hederae Selinus appellabatur, quod nomen et in fluvium et posthac etiam in oppidum transferebatur. Quanto autem spatio Cyprum insulam Anonymus noster abesse a Selinunte dicit, id teste Beaufortio p. l. fere dimidio maior statui debet. In apogr. est Σεληνοῦντα et Σεληνοῦντος, tum Ἀκάμαντα et Ἀκάμαντος.

1) Hunc nos locum non in meridiana ora Asiae minoris ponimus, sed putamus, promontorium insulae Cypri Καλλινοῦσαν corruptum esse in Ναύλους, quod ita esse, videtur etiam mensura centum viginti stadiorum confirmari, quamquam libenter largimur, facillime potuisse pro ἀπὸ τοῦ Σεληνοῦντος scribi ἀπὸ τοῦ Ἀκάμαντος.

2) In apogr. legitur: ἐπὶ χωρίον λεγόμενον ἐπὶ θαλάσσης. Debebat transponi ἐπὶ θαλάσσης. Etiam supra dicebatur ἀπὸ τοῦ Κράγου ἐπὶ χωρίον ἐπὶ θαλάσσης. Ἐπὶ θαλάσσης igitur videtur de industria tanquam adiectivum cum χωρίον coniunctum esse. Quo autem hoc castellum locandum sit, non ita facile statui potest. Beaufortium si sequimur, duo sunt loca, quae et Strabonis XIV. p. 669 et Anonymi nostri descriptione castelli Laertii conveniant. Dicit enim l. l. haec: Deinde est scopulosa parva peninsula; latera non excedunt altitudinem pedum centum triginta, sed ardua sunt vertexque plenus est ruinis veterum posteriorumque aetatum. Inter hanc rupem et proximum cornu sinus efficitur perexiguus ille quidem nec ullo pacto ad naves a tempestatibus tutandas aptus. Inde ab intimo sinu collis se attollit, ad cuius usque verticem ruinae eiusdem generis et quas iam commemoravi pertinent. Quam descriptionem si cum descriptione Strabonis et huius peripli comparamus, statuendum esse videtur, vetus castellum Laertis in hoc fuisse colle. Sed etiam alius locus est a Beaufortio p. 177 descriptus, qui huc pertinere videtur: A Coracesio orientem versus navigantes sumus octo vicos et oppida non longe inter se distantia praetervecti. — Lapides bene caesi, dispersi iacentes maioresque quam quibus hodie incolae istius terrae ad aedificandum utuntur, movebant nos, ut haec loca arbitraremur in vestigiis veterum oppidorum extructa. Aliud oppidulum extructum in montis cacumine, cuius arduo latere supra ripam se erigente prohibebamur, quominus istum ascenderemus, meliorem praebebat speciem videbaturque nobis eam ob causam vetus Σύεδρα. Commemorantur

Ἀπὸ Λαέρτου ... εἰς Κορακήσιον[1] *σταδ. ρ΄. Ἀπὸ Κορακησίου εἰς Αὔνησιν*[2] *ἐπὶ χωρίον Ἀνάξιον σταδ. π΄. Ἀπὸ Ἀναξίων εἰς χω-*

Laertis castello ad Coracesium stadia 100. A Coracesio ad Aunesim ad castellum Anaxium stadia 80. Ab Anaxiis ad castel-

enim inde a castello Laertis a Strabone XIV. p. 669 duae aliae urbes, Syedra et Hamaxia. Sic enim apud illum est: *Μετὰ δὲ τὸ Κορακήσιον Σύεδρα πόλις, εἶθ' Ἁμαξία ἐπὶ βουνοῦ κατοικία τις, ὕφορμον ἔχουσα, ὅπου κατάγεται ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη· Κέδρος δ' ἐστὶν ἡ πλείστη· καὶ δοκεῖ ταῦτα τὰ μέρη πλεονεκτεῖν τῇ ταιαύτῃ ξυλείᾳ· καὶ διὰ τοῦτ' Ἀντώνιος τὰ χωρία ταῦτα τῇ Κλεοπάτρᾳ προσένειμεν, ἐπιτήδεια ὄντα πρὸς τὰς τῶν στόλων κατασκευάς. εἶτα Λαέρτης φρούριον* κ. τ. λ. Syedra etiam a Ptolemaeo lib. V. enumeratur, qui etiam urbem, nomine Iotapen, addit, cuius a Plinio quoque l. V, c. 20 fit mentio. Cur haec loca ab auctore huius peripli omittantur, possunt duae causae afferri: aut enim nondum erant haec oppida condita, aut ab eo appulsum ad ea non est. Alia autem quaestio oritur, num urbs Laerte idem locus atque hoc castellum sit. Illa enim a Ptolemaeo procul a mari in mediterraneis partibus Ciliciae asperae collocatur, atque ita quidem, ut a Selinunte stadiis 480 occidentem versus et totidem fere stadiis septentrionem versus absit. Quam ob causam existimandum videtur, patriam Diogenis aliam fuisse urbem atque hoc castellum; quod nobis eo confirmari videtur, quia ista *Λαέρτη* tantummodo, hoc autem *Λαέρτης φρούριον* appellabatur; ac fortasse hoc loco, quod vix alias fit, in hoc periplo verum nomen *Λαέρτου χωρίον* invenitur. — Ut vero eo revertamur, unde egressi sumus, nos sic existimamus, cum in hac orae parte, quae a Selinunte ad Coracesium pertinet, nullus alius videatur locus esse, ubi ista Syedra, et a Strabone et a Ptolemaeo commemorata, potuerit esse, nisi qui a Beaufortio isti attribuitur quique etiam numeris Ptolemaei, si recti sunt, confirmatur, castellum Laertis fuisse in illo monte, supra sinum duabus linguis factum se erigente, in quem utrumque illud videtur cadere, et quod is a Strabone dicitur mammae similis esse et in periplo maritimus. Cui rei etiam stadiasmus inde a castello usque ad Coracesium convenit; nam stadiasmum inde a Selinunte usque ad castellum non habemus. Ac fortasse dubitari non debet, quin illa Iotape, quae a Ptolemaeo l. V. Plinioque V, 20 commemoratur, in illa peninsula, in qua hodie quoque vestigia veterum operum reperiri, supra apud Beaufortium legimus, condita fuerit, sed haud dubie aliquanto tempore post aetatem anonymi huius. Cur autem Hamaxia, quae apud Strabonem sunt, non in illo colle ponamus, post a nobis dicetur.

1) Omnia, quae nobis de promontorio Alaya tradidit Beaufortius p. 163 sqq., demonstrant, id esse vetus Coracesium, illud firmum ultimumque piratarum refugium. Conf. Liv. XXXI. 20.

2) Inde a Coracesio usque ad flumen Melanem praeterquam a Strabone qui urbem Ptolemaidem memorat, a nemine ullius loci digni memoria fit mentio. Ab auctore peripli videmus plus unum nominatum, ac primum quidem Anaxium sive Anaxia. Supra vidimus a Strabone tradi Hamaxia quaedam in colle edito condita: cum nos autem putemus plus fidei auctori peripli, et propter aetatem eius et propter consensionem, quae est ei plurimis in rebus cum scriptori-

ῥίον καλούμενον Αὐγὰς σταδ. ό. Ἀπὸ Αὐγῶν[1] *ἐπ' ἀκρωτήριον Λευκόθειον*[2] *σταδ. ν'. Ἀπὸ Λευκοθείου εἰς Κύβερναν*[3] *σταδ. ν'.*

lum, nomine Augas, stadia 70. Ab Augis ad promontorium Leucotheum stadia 50. A Leucotheo ad Cybernam stadia 50. A

bus recentissimarum aetatum, tribuendum esse, quam Straboni geographo, non dubitamus Strabonis Hamaxia pro Anaxiis hoc loco memoratis habere idque oppidum non ante Coracesium, ut a Strabone factum est, sed post id promontorium, auctoritate huius peripli, collocare. Haec autem opinio nostra confirmatur his rebus. Primum apud Beaufortium p. 176 haec leguntur: In vertice collis editi et cuneati, ad tria millia passuum cis Alaya (i. e. Coracesium) et duo millia passuum longe ab ora, repertae a nobis sunt antiqui oppidi ruinae desertae. Hoc fuit moenibus circumdatum, aliquam partem Cyclopum more exstructis. Cernuntur ruinae magnifici templi inter easque dispersa iacent fragmenta statuarum multaeque inscriptiones graecae. Quanto opere haec verba conveniant cum Strabonis verbis, non est quod pluribus demonstrem. V. supra p. 222 not. 3 Illud addimus, nobis videri istum montem, in quo esset castellum et oppidum Hamaxia, *Αὔνησιν* appellatum fuisse hincque ab auctore peripli additum: usque ad montem Aunesin ad castellum cet., nisi forte potius iste mons promontorii formam habuit: quod si sumitur, etiam magis convenit *εἰς Αὔνησιν*. Mensuram octoginta stadiorum maiorem esse, quam quae huc quadret, libenter fatemur, nec tamen idcirco minus nobis persuasum est de iis, quae diximus.

1) Quo hae Augae locandae sint, his docebo. Beaufortius p. 166 haec nobis tradidit: In promontorio Ptolemaide (tenentum est, hoc nomen a Beaufortio, sequuto Strabonem, huic promontorio tribui,) inveniebamus multas ruinas aedificiorum et nonnulla fragmenta murorum Cyclopiorum. In utroque huius promontorii latere videntur portus manu facti fuisse, sed moles in mare productae plane dirutae sunt, earumque vestigia magna demum adhibita diligentia reperiebamus. Colles modici fertilesque et valles bene irrigatae inde ab hoc promontorio porrigunt se in terram mediterraneam, quo simul probabile fit, hoc loco quondam amplam urbem fuisse, quod idem magnitudine aggeris occidentalis confirmatur. Nos autem libenter Beaufortio assentimur, huc Ptolemaida Strabonis (XIV. p. 667) locanti. Sed existimamus etiam, ante conditam Ptolemaida, quod haud dubie illis temporibus factum est, cum haec terra pareret aliquamdiu regibus Aegypti, quod ibi fuit oppidum, *Αὐγὰς* i. e. lumina, radios, appellatum fuisse et ab oppido promontorium quoque cognominatum. Posteriore autem tempore hoc in loco, ut diximus, Ptolemais condita est.

2) Hoc vocabulum fortasse interpretandum est: sacer lucus, qui albus est. Num idem sit promontorium, quod Plinius V. 23 Leucollam dicit, quod tamen ab eo citra Melanem locari videtur, nolumus disceptare. Proximum promontorium inde a Ptolemaico dicitur a Beaufortio p. 166 Karaburnu, prae quo ab eodem scriptore parva insula esse dicitur, paullum e mari eminens. Fortasse illud Karaburnu antiquum Leucotheum est, quam opinionem Leakius p. 196 eo confirmari putat, quod Kara contrarium atque *λευκὸς* significet.

3) A Ptolemaeo Cibyra mediterranea Ciliciae asperae urbs

Ἀπὸ Κυβέρνης ἐπὶ Ἀρτέμιδος ναὸν σταδ. ν'. Ἀπὸ Ἀρτέμιδος ναοῦ[1] *ἐπὶ ποταμὸν πλωτὸν Μέλανα σταδ. θ'. Γίνονται οὖν οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Κιλικίων πυλῶν ἕως τοῦ Μέλανος ποταμοῦ σταδ. ͵γν'.*

Cyberna ad Dianae templum stadia 50. A Dianae templo ad fluvium navigabilem Melanem stadia 9. Sunt igitur a portis Ciliciis usque ad amnem Melanem universa stadia 3050.

dicitur. A Strabone autem commemoratur XIV. p. 1: *ἡ Κιβυρατῶν παραλία· τῶν μικρῶν.* Leakius p. 196 ne dubitare quidem videtur, quin urbs Cibyra et ora Cibyratarum parvorum idem locus sit, quod tamen pluribus de causis non ita esse putamus. Nam primum a Strabone non certum aliquod oppidum, sed tota ora intelligitur, eodem modo, ut supra orae partem *Πλατανιστόν* dictam commemoravit; deinde Cibyra non ad mare, sed aliquanto ab eo intervallo sita fuit. Tum illa ora Cibyratarum parvorum non ultra Melanem, sed citra eum iacuit, cum contra Ptolemaeus, quantum e numeris eius coniicere licet, Cibyram ultra Melanem locet. Quibus de causis nobis peripli auctor videtur illam Ptolemaei Cibyram dixisse, quod tamen nomen in codice corruptum est in *Κύβερναν*. Cum non ita longe a Melane alius fluvius sit, cuius tamen neque antiquum neque recens nomen notum nobis est, nisi forte etiam Cibyra appellatus fuit, mihi persuasi, supra id flumen istam urbem Cibyram iacuisse, ad eamque adverso flumine perventum esse. Postremum illud addo, a Scylace quoque Cibyram et commemorari et urbem dici, unde etiam patet, eam si minus ad mare ipsum, at certe non ita longe ab eo potuisse abesse. Sic enim dicit Scylax p. 40 ed. Huds.: *παράπλους Παμφυλίας ἀπὸ Πέργης ἥμισυ ἡμέρας. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Παμφυλίας, Κίβυρα, εἶτα Κορακήσιον. Κιλικία. Μετὰ δὲ Παμφυλίαν Κιλικία ἐστὶν ἔθνος.*

1) Huius templi Dianae a nemine fit mentio. Si scriptura non corrupta est, necesse est, istud supra flumen Melanem iacuisse. Potest factum esse, ut posterioribus temporibus hoc templum minore in honore haberetur, quam aetate auctoris peripli, qui tamen in qua aetate ponendus sit, ex eo non potest coniectura fieri, quod ab eo Melas finis Ciliciae dicitur, quem antiquum Ciliciae finem fuisse, Plinius his verbis dicit V. 22: Sed in continenti oppida: Myanda, Anemurium, Coracesium, finisque antiquus Ciliciae Melas amnis. Nam eum finem iam Scylacis temporibus alium fuisse ex ipsius verbis efficitur, quae supra legebantur. Strabo autem haec habet XIV. p. 668: *Πρῶτον τοίνυν ἐστὶ τῶν Κιλίκων φρούριον τὸ Κορακήσιον, ἱδρύμενον ἐπὶ πέτρας ἀπορρῶγος, ᾧ ἐχρήσατο Διόδοτος.* Apud Beaufortium haec leguntur: „Cum a Sida aliquot millia passuum confecissemus, pervenimus ad ostia fluminis Manavgat (is autem vetus Melas est recens que nomen oppidum quoque super flumen situm gerit), cuius aqua perquam turbida erat. Supervecti breve aliquod, adverso flumine navigavimus ad quatuor millia passuum usque ad castellum super ripa situm." Quod castellum eum facile intelligatur in colle edito fuisse, nobis vide-

Λοιπὸν Παμφυλία.

Ἀπὸ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ εἰς Σίδην[1] *σταδ. ν΄. Ἀπὸ Σίδης εἰς Ἀττάλειαν σταδ. τν΄. Ἀπὸ Ἀτταλείας*[2] *εἰς τὸ ἐμπόριον*[3]...

Deinde Pamphylia.

A Melane fluvio ad Sidam stadia 50. A Sida ad Attaliam stadia 350. Ab Attalia ad emporium... stadia 300. A Coryco ad

mur non longe a vero aberrare, si contendimus, illud Dianae templum antiquis temporibus in hoc monte fuisse exstructum. Iste autem portus, quem Strabo dicit intra os Melanis fuisse, non amplius est, nam ora accumulata arena aequalis facta est, cf. XIV. p. 607: *ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν. Πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Κιβυρατῶν παραλία τῶν μικρῶν· εἶθ' ὁ Μέλας ποταμὸς καὶ ὕφορμος· εἶτα Πτολεμαῒς πόλις· καὶ μετὰ ταῦθ' οἱ ὅροι τῆς Παμφυλίας· καὶ τὸ Κορακήσιον, ἀρχὴ τῆς τραχείας Κιλικίας.*

1) Huius quondam amplae et florentis urbis in peninsula positae et duplici portu instructae restant vestigia omnis generis, de quibus adeundus est Beaufortius p. 149 sqq.

2) Videtur auctor huius peripli statim a Sida usque Attaliam navigasse, alteram magnam urbem Pamphyliae. Haec urbs ab Attalo secundo, Philadelpho cognominato, qui ab anno 158 usque ad a. 138 Pergami regnavit, condita est colonis illuc missis. Condita autem est, ubi promontorium *Κώρυκος* dictum cum continente coniungitur, ita ut in intimo sinu, qui est ibi, posita fuerit. Non longe ab hoc loco et in promontorio ipso iam ante conditam Attaliam permédiocre fuit oppidum, et ipsum Corycus appellatum, praeclaro portu instructum. In hanc quoque Corycum a Philadelpho coloni missi sunt eamque antea non munitam moenibus mediocri ambitu circumdedit, quae fere murum novae urbis contingebant. Atque inde ab hoc tempore videtur Corycus maxime mercatura floruisse et Attaliae, quamquam et ipsius portu instructae, emporium fuisse. Haec autem de Attalia et Coryco scripsit Strabo XIV. p. 667: *Εἶτα πόλις Ἀττάλεια, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου, καὶ οἰκίσαντος εἰς Κώρυκον πολίχνιον ἄλλην κατοικίαν, ὅμορον καὶ μικρὸν περίβολον περιθέντος.* Nobis autem scriptor videtur hoc voluisse dicere: Deinde urbs Attalia, eodem nomine, quo Philadelphus, qui eam condidit, isque simul aliam coloniam in parvum oppidum Corycum misit eique vicinum et parvum murum circumdedit. Nam Strabo duas res voluit tradere, primum Attaliam esse a Philadelpho conditam et cognominatam deinde ab eo simul Corycum, vetus oppidulum, novis colonis adauctum et parvis moenibus circumdatum. Groskurdium, qui ceteroquin recte interpretatus est, miror *ὅμορον* cum *πολίχνιον* coniunxisse, cum tamen Strabo voluerit dicere, utrumque murum et novae urbis et veteris admodum inter se vicinum fuisse. Male autem Leakius p. 175 istum Strabonis locum anglice interpretatus est ita: Proxima est urbs Attalia, ita appellata a conditore Philadelpho, qui cum aliam coloniam in vicinam urbem Corycum misisset, utramque urbem complexus est unis moenibus, spatium non ita magnum includentibus.

3) Dubitandum non est, quin post *τὸ ἐμπόριον* exciderit *Κώρυκος*; nam ita scribendum esse

σταδ. ί. Ἀπὸ δὲ Κορακίου εἰς Σίδην σταδ. ν΄. Ἀπὸ Σίδης εἰς τὸν Ἀκράμαντα σταδ. ασ. Ἀπὸ Σίδης εἰς Σελεύκειαν [1] σταδ. π΄.

Sidam stadia 50. A Sida ad Acamanta stadia 1200. A Sida ad Seleuciam stadia 80. A Seleucia ad amnem navigabilem, no-

pro *Κοράκιον* vix quisquam negaverit. Mensura falsa est, estque fortasse *κ΄* scribendum, nec magis rectus sequens numerus *ν΄*. Num forte *ί* excidit? Si vellemus utramque mensuram inter se commutare, esset existimandum, portum Coryci in altero promontorii latere, quod quidem orientem versus est, fuisse, quo ut perveniretur, fortasse quinquaginta stadia conficienda fuere.

1) Hanc Seleuciam a nullo alio videmus commemoratam, quam unam esse ex illis novem urbibus a Seleuco Nicatore conditis, quivis intelligit, de eaque re ita apud Appianum est de reb. Syriac. 57: *πόλεις δὲ ᾤκισεν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης, ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας, ἐπὶ τῷ πατρί· πέντε δὲ ἐπὶ τῇ μητρί, Λαοδικείας· ἐννέα δ' ἐπωνύμους ἑαυτοῦ· τέσσαρας δ' ἐπὶ ταῖς γυναιξί, τρεῖς Ἀπαμείας, καὶ Στρατονίκειαν μίαν. καὶ εἰσιν αὐτῶν ἐπιφανέσταται καὶ νῦν, Σελεύκειαι μὲν, ἥ τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ· Λαοδίκεια δὲ ἡ ἐν τῇ Φοινίκῃ, καὶ Ἀντιόχεια ἡ ὑπὸ τῷ Λιβάνῳ ὄρει, καὶ ἡ τῆς Συρίας Ἀπάμεια.* Quae verba, ut tanto melius intelligantur, haec pauca addimus ex Zumptii annalibus p. 33: Antigono ad Issum devicto et occiso Seleucus Nicator superioris Asiae dominus Syriam ac Mesopotamiam, Armeniam, Cappadociam, Ciliciam occupat; urbes tres et quadraginta condit per amplissimum regnum, quorum celeberrimae Seleucia ad Tigrim, Antiochia ad Orontem. Strabo haec docet XIV. p. 667: *εἶτ' ἄλλος ποταμὸς, καὶ νησία προκείμενα πολλά· εἶτα Σίδη, Κυμαίων ἄποικος· ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν.* Hoc flumen, quod Strabo commemorat, non addito tamen nomine, et a Beaufortio p. 142 et a Leakio p. 195 repertum est, qui tamen non magis recens nomen accipere potuerunt, quam Strabo pristinum. Quas vero hic prae ostiis fluminis multas insulas parvas fuisse dicit, eae eatenus evanuerunt, ut tantum complures scopuli, partim mari obtecti, compareant. Flumen autem navigabile est. Ac nos Leakio prorsus in eo assentimur, pro certo habendum esse, supra istius fluminis ripam, aliquanto a mari spatio distans, illud vetus Syllion fuisse, quod Scylax et Arrianus et Ptolemaeus et Stephanus commemorant. Is vir, quamquam ab Alaya ad Castellum Rubrum (hodie Kastellorizo) navigans in ostiis fluvii appulit ibique moratus biduum est, tamen penuria, ut videtur, minoris navigii, non ulterius flumine adverso navigavit. Quod si fecisset, oportebat eum vestigia veteris Syllii reperire. Id autem in hac regione inter Eurymedontem et Sidam situm fuisse, in hoc omnes illi, quos dixi, consentiunt. Adiungo hos locos scriptorum laudatorum: primum quidem Scylacis p. 39: *Μετὰ δὲ Λυκίαν ἐστὶ Παμφυλία ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Ἄσπενδος πόλις, εἰς ταύτην ὁ ἀνάπλους γίνεται κατὰ ποταμὸν, ὁ δὲ ποταμὸς ἐστὶν Εὐρυμέδων. Εἶτα πόλις Σύλλιον, ἄλλη πόλις Σίδη Κυμαίων ἀποικία καὶ λιμήν*; Arriani exped. Alex. I. 26: *καταλιπὼν δὲ φρουρὰν ἐν τῇ Σίδῃ, προῄει ἐπὶ Σύλλιον, χωρίον ὀχυρὸν καὶ φρουρὰν ἔχον ξένων μισθοφόρων καὶ αὐτῶν τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων. Ἀλλ' οὔτε τὸ*

Ἀπὸ Σελευκείας εἰς ποταμὸν πλωτὸν καλούμενον Εὐρυμέδοντα[1]

mine Eurymedontem, stadia 100. A Cynosthrio ad fluvium Ce-

Σύλλιον ἐξ ἐφόδου αὐτοσχεδίου ἠδυνήθη λαβεῖν. Ἔπειτα καὶ ἠγγέλθη αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν, τοὺς Ἀσπενδίους, ὅτι οὐδὲν τῶν συγκειμένων πρᾶξαι ἐθέλοιεν. Steph Byz.: *Σύλειον, πόλις Φρυγίας, διὰ τῆς ει διφθόγγου. τινὲς δὲ Παμφυλίας.* Quorum omnium opinio hoc loco ex itinerario Koehleri, ducis militum, desumpto plane confirmatur. Is enim apud Leakium p. 131 hoc dicit: A Daschascher (vico turcico non ita longe a vetere Syllio) ad Stavros (veterem Aspendum?) per immensum campum fere totum pascuis opimis constantem proficiscebamur. Itinere duarum aut summum trium horarum facto pervenimus ad flumen latum (id autem ipsum est, de quo agimus), quem ponte traiecimus, qui super ruinis vetusti pontis magnifici, e cuius arcubus unus integer etiamnunc est, extructus erat. Ut id autem oppidum in periplo Scylacis commemoraretur, hinc factum est, quod in illo urbes, quae non ita longe a locis ad appellendum aptis aut a portubus aberant, aut ad quas fluviis navigari poterat, commemorari solent; nam Ptolemaeo auctore ceterisque Syllion non maritimus locus fuit, sed mediterraneus. Quod cum ita esset, vehementer mirati sumus, quod Groskurdius virorum eruditorum opinionem secutus esset, qui Strabonem locum quidem urbis sed non nomen putant significare. Verba Strabonis XIV. p. 667 haec sunt: *Εἶθ' ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὅσον τετταράκοντα σταδίοις πόλις ἐστὶν ὑψηλὴ, ὡς τοῖς ἐκ Πέργης ἔποπτος. εἶτα λίμνη εὐμεγέθης Καπρία· καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Εὐρυμέδων ποταμὸς, ὃν ἀναπλεύσαντι ἑξήκοντα σταδίους Ἄσπενδος πόλις, εὐανδροῦσα ἱκανῶς, Ἀργείων κτίσμα.* Koraes in vocabulo *ὑψηλή* nomen Syllion latere putat, quod minime probans Groskurdius vult ita scriptum esse a Strabone: *πόλις ἐστὶν Σύλλιον ἐρυμνὴ καὶ ὑψηλή.* Cum autem omnino non possit dubium esse, quin Syllion ultra Eurymedontem situm fuerit, qui id a Strabone intelligi potuit, qui id inde a Perga, quae ad Cestrum fluvium sita erat, dicit conspici potuisse? — Ceterum temporibus illis, cum sedes imperii romani Constantinopoli esset religioque christiana omnium civitatum Asiae minoris communis, Syllion in florentissimis urbibus numeratum est, in quod etiam sedem episcopi a Perga translocatam esse scimus. Sed ut tandem ad Seleuciam revertamur, ea ad ipsa ostia fluminis posita fuisse vix potest, cum ibi Leakius p. 164 plane nihil vestigiorum veteris urbis reperisse se dicat. Huic autem videtur ea iuxta eum sinum, qui post ostia fluminis litoris inflexu factus est, sita fuisse; utrum vero vestigia eius restarent nec ne, ab eo investigari non potuit. Quod si ita est, non ita longe a Syllio Seleucia abfuit, quod nobis etiam eo confirmari videtur, quod novae urbes non ita procul a conditis condi solebant; hae si maritimae erant et emporia, ut magna mercatura commutandis mercibus fieret, sin autem mediterraneae, ut earum quasi emporia fierent novae.

1) Eurymedontis ostia, in quibus quondam pugnae commissae sunt navales, hodie vadis ita coarctata sunt, vix ut parvis navigiis intrari possit. Nomen novum K a p r i - S u est, quod inde ortum esse Leakius p. 164 putat, quod antiquis temporibus non

σταδ. ρ'. Ἀπὸ Κυνοστρίου[1] ἐπὶ ποταμὸν καλούμενον Κέστρον[2] σταδ. ξ'· ἀναπλεύσαντι τὸν ποταμὸν πόλις ἐστὶ Πέργη[3]. Ἀπὸ[4] τοῦ Κέστρου ἐπὶ Ῥουσκόποδα ... Ἀπὸ Ῥουσκόποδος ἐπὶ Μάσουραν[5]

strum... stadia 60. Sursum naviganti amne Cestro est urbs Perga. A Cestro ad Ruscopoda... A Ruscopode ad Masuram et Catarrac-

ita longe a dextra Eurymedontis ripa urbs fuerit, Capria appellata, a qua idem vir doctus existimat lacum illum magnum, a Strabone l. l. commemoratum, supra quem sita fuerit, item Capriam appellatum fuisse, id autem nomen mediis temporibus esse in Kapri mutatum et hinc Eurymedontem sive ab urbe sive a lacu appellatum Kapri. Istam autem urbem eandem esse, quae a Strabone nomine non addito πόλις ὑψηλὴ dicatur. Quamquam non negamus, illam urbem altam, quam Strabo dicit, Capriam esse posse dictam, a qua etiam lacus, supra quem posita esset, nomen acceperit (nomen autem hinc ortum esse videtur, quod olim in ista regione multi essent apri), tamen non concedimus, fluvium ab urbe appellatum esse; nam id propterea fieri vix potuit, quia oporteret urbem tam prope ab eo sitam fuisse, ut is ab ea nomen potuerit trahere: contra autem lacus tam prope ab Eurymedonte est, ut is facile potuerit Kapri-Su dici: urbem autem procul ab Eurymedonte positam fuisse inde sequitur, quod e Perga cerni potuit.

1) Stadiasmus ab Eurymedonte usque ad Cynostrium videtur excidisse. Eius loci apud nullum alium scriptorem fit mentio, quam ob causam de nomine nihil certi dici potest, nisi quod a κυνὸς et θρίον duci potest, quod tamen quid significet, nos certe nolumus constituere.

2) Cestrus fluvius hodie Ak-Su dicitur. Huius quoque caput brevibus obstructum est.

3) In apogr. est: ἐστι omisso Πέργη. Strabo haec habet XIV. p. 667: Εἶθ' ὁ Κέστρος ποταμὸς, ὃν ἀναπλεύσαντι σταδίους ἑξήκοντα Πέργη πόλις· καὶ πλησίον ἐπὶ μετεώρου τόπου τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται. Εἶθ' ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὅσον τετταράκοντα σταδίοις πόλις ἐστὶν ὑψηλὴ, ὡς τοῖς Περγης ἔποπτος.

4) In apogr. excidit verbum ἀπό; deinde in eo legitur Ῥουσκόποδα, unde intelligitur etiam mensuram inter Cestrum et Ruscopoda a librario omissam esse. Ceterum nec huius loci quisquam praeter auctorem peripli fecit mentionem. Si quid coniicere licet, putamus non Ῥουσκοποῦς scribendum esse, sed Ῥοικοποὺς, ita ut vocabulum significet curvo pede, quod nomen cum in promontorium cadere videatur, non improbabile est, eo primo aliquodpiam promontorium significatum fuisse, a quo qui in eo post conderetur locus idem nomen acciperet.

5) Dubitare licet, utrum post verba: ἐπὶ Μάσουραν mensura exciderit post eamque rursus verba: ἀπὸ Μυσούρας ἐπὶ τοὺς κ. τ. λ., an nihil deperditum sit, ita ut Masura super ipsa ripa Cataractae sita esset, quod profecto, cum statim sequatur ἀπὸ Μασούρας εἰς Μυγδαλὴν multo veri est similius. Dubitandum non est, quin haec Masura idem locus sit, qui a Ptolemaeo Μάτυλος dicitur ab eoque quinque minutis ab ostiis Cataractae collocatur. Sin autem latitudinis numeri, quos quem dixi scriptor habet, sine menda sunt, sumendum est, Matylum

καὶ τοὺς Καταῤῥάκτας [1] σταδ. ν΄. Ἀπὸ Μασσύρας εἰς Μυγδαλὴν [2] σταδ. ο΄. Ἀπὸ Μυγδάλων εἰς Ἀττάλειαν σταδ. ι΄. Ἀπὸ

tas stadia 50. A Masura ad Mygdalen stadia 70. A Mygdale ad Attaliam stadia 11. Ab Attalia ad castellum Tenedum sta-

in promontorio habuisse locum, cum ille eam ipsis quinque et viginti minutis magis ad orientem versus quam ostia Cataractae fuisse dicat. Quod geographi eam urbem, quam Scylax p. 39 appellat *Μάσηδον* et ad occasum versus a Cataracta, non ita procul ab Olbia, fuisse dicit, eundem esse opinantur locum atque nostram Matylon sive Masuran, id mihi et propter situm eius et propter alteram aliquam causam, post dicendam, non statuendum esse videtur. Eodem autem loco, ubi Masuram fuisse statui debere videtur, Beaufortius oppidum reperit, nomine L á r a, ibique multas ruinas veterum aedificiorum atque operum, quae ipsae reliquiae videntur esse veteris Matyli, minime autem, quemadmodum Beaufortius arbitratur multisque verbis conatus est probare, Attaliae. Is enim opinatur, eam urbem, quae hodie A t t a l i a sive S a d a l i a dicitur, veterem esse Olbiam et urbem L á r a veterem Attaliam.

1) A ceteris is fluvius Cataractes dicitur, sed potuit fieri, ut etiam Cataractae vocaretur, cum priusquam litori appropinquet in plura brachia scindatur, quae super litus saxosum et asperum magno cum fragore ruunt. Hodie D u d e n dicitur antequamque accedit ad litus, eius cursus et latus est et a montibus defluentis valde rapidus, sed ostia vera, quibus in mare infundatur, non iam habere videtur, nisi id fit tempore pluvio. De eo haec Strabo scripsit XIV. p. 667: *Μετὰ Φασηλίδα δ᾽ἐστὶν ἡ Ὀλβία, τῆς Παμφυλίας ἀρχή, μέγα ἔρυμα, καὶ μετὰ ταύτην ὁ Καταῤῥάκτης λεγόμενος, ἀφ᾽ ὑψηλῆς πέτρας καταῤῥάττων ποταμὸς πολὺς καὶ χειμαῤῥώδης, ὥστε πόῤῥωθεν ἀκούεσθαι τὸν ψόφον. Εἶτα πόλις Ἀττάλεια, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου, καὶ οἰκίσαντος εἰς Κώρυκον πολίχνιον ἄλλην κατοικίαν, ὅμορον καὶ μικρὸν περίβολον περιθέντος.* E quibus Strabonis verbis apparet, eum geographum vehementer errare, cum urbem Attaliam trans Cataracten non quemadmodum ab eo oportuit fieri citra istum fluvium posuerit.

2) Si quid videmus, in hac Mygdale Scylacis *Μάσηδος*, non quemadmodum ceteri opinati sunt *Μάτυλος* latet. Nam sic se habent verba p. 39: *Ὀλβία, Μάσηδος, καὶ ποταμὸς Περπίπολις, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος.* Nam e codicibus est *Μάσηδος* retinendum, pro quo Salmasius *Μάγυδος*, ut aliqui Ptolemaei codices pro *Ματύλῳ* habent, coniecerat. Deinde scribendum est: *καὶ ποταμὸς Καταῤῥάκτης, ὑπὲρ οὗ Πέγρη πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος*; (*Καταῤῥάκτης* emendavit Vossius, nam unus codicum praebet *Καταρᾶ*;) nam iam supra a me pluribus probatum est, *Μάτυλον* sive *Μάγυδον* trans Cataracten sitam fuisse. Cum e stadiasmo intelligatur, si quidem mensura non corrupta est, Matylon undecim stadiis ab urbe Attalia sitam fuisse, sequitur, eam proxime iacuisse a Coryco, cuius nomen non, ut fortasse quis posset existimare, in Mygdale latet, quod etiam iam eo refellitur, quod supra Coryci ab hoc scriptore facta mentio est.

Ἀτταλείας[1] ἐπὶ χωρίον Τένεδον σταδ. κ΄. Ἀπὸ Τενέδου εἰς Λύρναντα[2] χωρίον σταδ. ξ΄. ὑπὲρ τῆς πόλεως[3] ὄρος μέγα ὑπέρκειται

dia 20. A Tenedo ad Lyrnanta castellum stadia 60. Supra ur-

1) Mirari subit, cur ab auctore peripli urbs Olbia omissa sit, quae a Strabone aliisque initium Pamphyliae dicitur. Cum auctore Strabone, ut supra vidimus, castellum magnum et munitissimum fuerit, fortasse non ad mare ipsum sed paullum ab ora positum fuit, ita ut non potuerit ab eo, qui periplum fecerit, commemorari. Ut autem commemoraretur a Scylace, hinc factum est, quod is saepenumero earum quoque urbium mentionem facit, ad quas non nave appulisset, sed aut profectus esset aut etiam prope abesse audivisset.

2) Quae duo sequuntur castella, Τένεδος et Λύρνας, videntur nondum condita fuisse temporibus magni Alexandri, nam eorum ab iis, qui res gestas istius perscripserunt, non ulla fit mentio. Ceterum noster periplus praeclare a Stephano Byz. confirmatur, qui sic scripsit s. v. Τένεδος: Ἔστι καὶ πόλις Τένεδος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. Ἀπολλόδωρος δὲ Παμφυλίας αὐτὴν εἶναί φησι.

3) Cum, quemadmodum e Stephani Byz. verbis intelligetur, castellum Λύρνας in isto promontorio, quod hodie Avova dicitur, situm fuerit, dubitandum non est, quin mensura sexaginta stadiorum recta sit. Apud Stephanum sic legitur: Λυρνατία, χεῤῥόνησος καὶ χωρίον. Ἀλέξανδρος ἐν δευτέρῳ περὶ Λυκίας. Iam a Berkelio rectissime animadversum esse nobis videtur, hanc peninsulam eandem esse, quae antea apud Stephanum dicatur: Λιρνύτεια, πόλις Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. A Salmasio (Exercitatt. Solin. p. 548) coniicitur pro νῆσος Ἀὐραία, ut nunc apud Scylacem legitur, νῆσος Λυρνατία, quae tamen coniectura non satis firma esse videtur, cum et nostrae aetatis scriptores et veteres Lyrnatiam non insulam sed peninsulam dicant, quamquam facile largimur, interdum verbum νῆσον pro peninsula dici; sed nos existimamus potius, a Scylace Ἀὐραίαν sive Ἀὐραίας revera pro insula habitam esse. Gronovius existimat, pro νῆσος Ἀὐραία legendum esse νῆσος Ἀργαΐς, quae eadem a Stephano commemoratur: Ἀργαΐς, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ, in quo haud dubie iste vir doctus vehementer errat: nam quaequae insula intelligenda est, ista non potest intelligi, ac si quid videmus, haec Argaïs ea est, quae hodie Raschat atque a Plinio V. 120 Atelebusa dicitur. Postremum num Λύρνας an Λυρνατία rectius nomen sit, non asseveramus, quamquam hoc loco plus tribuendum esse censemus auctori peripli.

3) In apogr. sic est: ὑπὲρ τῆς πόλεως, unde sequitur, haec verba negligentia librarii excidisse: ἀπὸ τῆς Λύρναντος ἐπὶ Φασηλίδα στάδ. Quot tamen stadia fuerint, non definimus, sed tamen hoc licet dicere, eorum numerum oportere perexiguum esse, nam intervallum inter promontorium Avova, quod diximus veterem Lyrnantem esse, et Phaselidem admodum parvum est, ita ut fortasse exciderit numerus κ΄. Strabo qui usquequaque Homerum odoratur, utrumque castellum Theben et Lyrnesson dicit, XIV. p. 667: Φασὶ δ' ἐν τῷ μεταξὺ Φασηλίδος καὶ Ἀτταλείας δείκνυσθαι Θήβην τε καὶ Λυρνησσόν, ἐκπεσόντων ἐκ τοῦ Θήβης πεδίου τῶν Τρωϊκῶν Κιλίκων εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκ μέρους, ὡς εἴρηκε Καλλισθένης. Situs huius urbis ab omnibus scriptoribus eodem modo describitur, cf. Cic. in Verr. IV. 10 init.: Phaselis illa, quam cepit Publius Servilius, non fuerat urbs ante Cilicum atque

praedonum: Lycii illam Graeci homines incolebant. Sed quod erat eiusmodi loco atque ita proiecta in altum, ut exeuntes e Cilicia praedones saepe ad eam necessario devenirent; et cum ex hisce se locis reciperent [Italia propinquisque insulis], eodem deferrentur; adsciverunt illud sibi oppidum piratae, primo commercio, deinde etiam societate. Liv. XXXVII. 23: In confinio Lyciae et Pamphyliae Phaselis est: prominet penitus in altum, conspiciturque prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus, et procul navium praebet prospectum. Eo maxime, ut in obvio classi hostium essent, electus locus est. Strabo XIV. p. 667: *Εἶτα Φασηλὶς, τρεῖς ἔχουσα λιμένας, πόλις ἀξιόλογος καὶ λίμνη. Ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρος καὶ Τερμησσὸς, Πισιδικὴ πόλις.* Quam descriptionem Phaselidis plane Beaufortio confirmatur, haec dicente p. 59: In angusta peninsula, sub radicibus montis T a k t h a l u iacente, reperiebamus ruinas urbis Phaselidis eiusque tres portus lacumque, qui tamen nunc nihil nisi palustris est locus. Quae deinde a Beaufortio de ruinis pluribus verbis exponuntur, ea apud ipsum legenda sunt. Sed plane pertinet ad rem aliud quid attingere, in quod num iam ab aliis inquisitum sit, nescimus. Repertae sunt enim a Beaufortio duae inscriptiones, quae probare videntur, Phaselida dictam esse etiam Olympum. Una earum est in basi, in qua olim haud dubie simulacrum Hadriani imperatoris fuit, cuius sententia haec est:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚ
ΑΙΣΑΡΙΤΡΑΙΑΝΩ
ΑΔΡΙΑΝΩΣΕΒΑΣΤΩ
ΠΑΤΡΙΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΟΛΥΜΠΙΩΣΩΤΗΡ·
ΤΟΥΚΟΣΜΟΥΤΥΑΥ
ΤΗΣΕΠΙΒΑΣΕΩΣ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ.

Alteram inscriptionem, quae vehementer esset mutila, non duxit describendam Beaufortius, sed sententiam eius fere hanc esse dixit: Tyndaridem, Diotimi filiam, uxorem Licinii, Marci filii, Rufini nepotis, novum forum urbi Olympiorum condidisse conditumque Imperatori Hadriano dedicasse. Videtur autem vix credibile esse, duplici nomine appellatam esse urbem eandem, praesertim cum ab eodem navarcho, quem iam saepe dixi, aliud epigramma calamo exceptum exceptumque allatum sit, in quo et urbs Phaselis dicta est et eam incolentes Phaselitae e quoque, quamquam multa eius iniuria temporis deleta sunt evanueruntque, tamen hoc intelligi potest, id fere ad eandem pertinere aetatem. Quaeritur igitur, cum vix credibile sit, eandem urbem et iisdem temporibus et publice modo hoc modo illo nomine esse appellatam, qui factum sit, ut istae inscriptiones diversum habere possint urbis nomen. De Tyndaridis monumento fortasse sic statui potest, eam mulierem post forum aedificatum Olympi, quae urbs non ita procul sita est, concessisse Phaselida ibique diem obiisse supremum; quo factum est, ut Phaselide ei sive a suis sive ab Olympiis poneretur monumentum. Multo autem difficilior quaestio est de altera inscriptione. Nos in ea sumus opinione, Phaselide in honorem Imperatoris Hadriani publicum aliquem locum dedicatum fuisse, ubi ornandi eius causa ab aliis simulacra Imperatoris curarentur poni. Etiam hoc nobis visum est, apud antiquam urbem novam fuisse conditam eamque nomine Olympi esse insignitam. Tenendum est enim, hoc nomen, nobilissimo cuique monti inditum, etiam ipsum magna fuisse nobilitate. Stephanus Byz. habet haec: *Φασηλὶς, πόλις Παμφυλίας, ἡ πρότερον Πιτύουσσα καὶ ὕστερον Φάρ-*

Φασηλίς [1]· ἐκ δὲ Φασηλίδος εἰς Κώρυκον. [2] σταδ... Ἀπὸ Κωρύκου ἐπὶ τὸν Φοινικοῦντα [3] σταδ. λ'· ὕπερ μέγα ὄρος ὑψηλὸν κεῖται Ὄλυμπος καλούμενον· ἐκ δὲ Φασιλίδος ἐπευθείας εἰς Κράμβου-

bem iacet mons magnus Phaselis. A Phaseli ad Corycum stadia . . . . A Coryco ad Phoenicuntem stadia 30. Super eum iacet mons magnus et altus, Olympus dictus. A Phaseli recta

σαλος. Conf. Herodot. II. 178, qui dicit, Phaselida urbem Amasis, regis aegyptii, tempore habuisse Dorios. Eutropius autem appellat eam VI. 3 Alaja.

1) De monte, quem auctor peripli nostri supra urbem iacuisse dicit eumque Phaselida appellat, haec dicit Beaufortius p. 167.: A Delikdasch, (quam veterem Olympum esse post dicetur) quinque millibus pass. ad septentriones factis perveniebamus ad plures insulas parvas, quae erant desertae, a Turcis et Graecis tres insulae dictae. Earum neque Strabo neque Ptolemaeus mentionem faciunt, quae tamen quin illae tres insulae sint, a Plinio Cypriae et desertae dictae, dubium non est. Quibus insulis ex adverso quinque millia pass. a litore est altus mons Takhtalu. Paulo post addit: Iam dictum a nobis est, hanc oram pinis obtectam esse, nisi ubi aut materiei colligendae aut agri colendi causa caesae sunt. Arbores maximam partem male creverunt; inter Phaselidem autem et promontorium Avova copia altarum prolixarumque pinorum circumdata est ora. Eundem montem igitur, qui hodie Takhtalu atque in hoc periplo Phaselis dicitur, a Strabone Solyma dici, potuit ex verbis eius supra allatis intelligi.

2) Ab hoc auctore nihil aliud dicitur nisi εἰς Κώρυκον, ita ut nesciamus, qui is locus fuerit. Nam Strabo nihil aliud dicit nisi hoc: Εἶτα Κώρυκος αἰγιαλός. Hodie haec ora dicitur Thiraky, quod nomen significat terram pinguis ligni, sibique ab incolentibus Beaufortius ait dictum esse, ligna abietina facillime igne consumi. Cum autem haec ora et multos sinus multaque promontoria habeat, non improbabile est, aliquando alicubi oppidum munitum fuisse, cuius tamen situs qui fuerit, dici nequit, cum in periplo nostro mensura omissa sit a librario nec iam oppidum Strabonis aetate fuerit, nisi forte inde concludi quid potest, quod peripli auctor dicit, a Coryco usque Phoenicuntem navigationem esse stadiorum triginta.

3) Memorabile est, contrarium dici in hoc periplo atque a Strabone, qui urbem Olympum et montem Phoenicunta dicit, XIV. p. 667.: Ἐν τούτοις δ' ἐστὶν ἥ τε Κράμβουσα καὶ ὁ Ὄλυμπος, πόλις μεγάλη, καὶ ὄρος ὁμώνυμον, ὃ καὶ Φοινικοῦς καλεῖται· εἶτα Κώρυκος αἰγιαλός. Tenendum est, Olympum prope accedere ad oram et eam magnum facere sinum, porrectum in altum, qui ipse circa promontoria habet et sinus. Non tamen propterea existimandum est, superioribus temporibus urbem non dictam esse Phoenicunta, sed persuasum est nobis, antiquis temporibus et urbem et montem idem habuisse nomen. Mons autem videtur propterea appellatus fuisse Phoenicus, quoniam si non cacumina at adscensus et radices obsiti fuerunt palmis. Cum autem postea sub radicibus montis urbs conderetur, ea accipiebat a monte nomen suum, quod tamen, cum mons ipse, ut apud Graecos omnes montes magna altitudine,

post appellaretur. Olympus, etiam in Olympum mutatum est. Ea autem non ad mare ipsum, sed in campo, a mari compluribus collibus disterminato, sita fuit, sed cum mari coniuncta fluvio et convalle ex illo campo inter duos colles pertinente. Posita fuit autem in utraque fluvii ripa, ut licet intelligere ex reliquiis veterum aedificiorum, de quibus, quae Beaufortius scripsit p. 151 sqq., legi debent. Atque hic fluvius, quem nullus veterum scriptorum commemoravit, etiamtum apud Hieroclem Phoenicus dictus est. Scylacis aetate aut omnino nondum erat Olympus condita aut nondum in magnitudinem urbis creverat. Nam iste scriptor eam non commemorat, sed alia. Dicit enim haec: *ἀκρωτήριον καὶ λιμὴν Σιδηροῦς*. Quis dubitet, quin in hoc nomine lateat, quod in periplo nostro scriptùm est *χώρα Ποσιδαριοῦντος*. Etiam Stephanus huius Sideruntis mentionem facit, quamquam, ad quam terram is locus pertineret, non addidit. Sic enim apud eum legitur: *Σιδαροῦς, πόλις καὶ λιμήν*. Ac nostro quidem iudicio in illo promontorio, quod ultimum ad septentrionem versus est, urbs *Σιδηροῦς* fuit; nam oportere id ita esse, hinc concludendum est, quod a Scylace templum Vulcani, quod supra eam fuerit, commemoratur. Cum autem e Beaufortio sciamus, in vicinia veteris Olympi etiamnunc iugum flagrans esse (turcica lingua Yanar dicitur), cuius iam a Plinio V. 22 et Solino 38 sub nomine Chimaera fit mentio. De hoc monte Plinius haec habet V. 27: Lycia igitur, a promontorio eius oppidum Simena, mons Chimaera noctibus flagrans, Hephaestium civitas, et ipsa saepe flagrantibus iugis: Oppidum Olympus ibi fuit: Solinus autem: Quod in Campania Vesuvius, in Sicilia Aetna, hoc in Lycia mons Chimaera est. Hic mons nocturnis aestibus fumidum exhalat. Unde fabula triformis monstri in vulgum data est, quod Chimaeram animal putaverunt. Et quoniam natura ibidem subest ignea, Vulcano urbem proximam Lycii dicarunt, quam de vocabulo sui nominis Hephaestiam vocant. Praeclare intelligimus, quid istud Vulcani templum fuerit, sed simul effici intelligimus, ne istud oppidum Sidarus non ita longe ab illo monte flammas eiiciente abfuisse credamus. Est verisimile condita Olympo veterem Sidarunta profectis incolis, qui migrarent in novam urbem, paulatim interisse, quamobrem ab auctore tantum ager Sidarus, non oppidum aut portus commemoratur. Quod denique ad nomen ipsum attinet, quin id a *σιδήρῳ* ducendum sit, non dubitamus, sive quod in vicinia Vulcanus templum habere putabatur, sive quod revera in isto promontorio ferrum effodiebatur. Postremum, ut ad Olympum revertamur, tenendum est, eam hodie Deliktasch, quod significat rupem perforatam, dicit. Sed hoc memorabile est, in omnibus inscriptionibus, quae a Beaufortio in ruinis veteris Olympi repertae sunt, urbem non Olympum incolasque Olympenos, sed illam *'Ολυνπὸν* et hos *'Ολυνπηνοῦς* dici. Nobis non alienum visum est, unam earum inscriptionum cum legentibus communicare. Est autem haec:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙ
ϹΑΡΑΜΑΡΚΟΝΑΥΡΗ
ΛΙΟΝΑΝΤWΝΕΙΝΟΝ
ϹΕΚΑϹΤΟΝΑΡΜΕΝ
ΑΚΟΝΜΗΔΙΚΟΝΠΑΡ
ΘΙΚΟΝΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ
ΟΛΥΝΠΗΝWΝΗΒΟΥ
ΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟϹ
ΕΓΔWΡΕΑΕ—ΠΑΝ
ΤΑΓΑΘΟΥΔΙΕ

σαν σταδ. ρ'. Ἀπὸ Κραμβούσης[1] ἐπὶ χώραν Ποσιδαριοῦντος σταδ. λ'. Ἀπὸ Ποσιδαριοῦντος ἐπὶ Μωρὸν[2] ὕδωρ λαλούμενον σταδ. λ'. Ἀπὸ Μωροῦ ὕδατος ἐπὶ ἄκραν Ἱερὰν καὶ νῆσον Χελιδονίαν[3] σταδ. ν'. Ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ ἕως Χελιδονίων τῷ παρὰ γῆν πλέοντι σταδ. φ'.[4]

via ad Crambusam stadia 100. A Crambusa ad Posidariuntem agrum stadia 30. A Posidariunte ad aquam Moron stadia 30. A Moro aqua ad promontorium Sacrum et insulas Chelidonias stadia 50. A Melane fluvio usque ad Chelidonias recta via propter terram continentem naviganti sunt stadia universa 500.

1) Haec insula a Strabone etiam Crambusa dicitur, a Scylace et a Plinio Dionysias et Dionysia, hodie autem Grambusa.

2) Mannertus dicit, hanc aquam Μωρὸν eandem esse, quae a Solino 39, 2 commemoretur his verbis: Olympos quoque inter alia ibi oppidum fuit nobile, sed intercidit: nunc castellum est, infra quod aquae regiae ob insigne fluoris spectaculo sunt visentibus.

3) In apogr. est: ἐπὶ νῆσον Χελιδονίαν. Nos non dubitavimus corrigere, cum post, ut dici debebat, pluralis usurpetur. A Scylace p. 39 tantum duae commemorantur, a Strabone XIV. p. 667 tres; hodie autem sunt Beaufortio auctore p. 138 quinque. Eas nomen ab hirundinibus, non autem a chelonibus, quemadmodum Mannertus Vol. VI. P. II. perperam existimat, accepisse, etiam a Beaufortio confirmatur, quo praesente examina harum avium ex Aegypto propter et super has insulas volaverunt. Ceteroquin idem iam a Meletio dictum est.

4) In apographo est: ἀπὸ τοῦ Μελανοποταμοῦ ἕως Κελιδονίῳ τῷ παρά. Ex his tam mendose scriptis maxime intelligitur, quanta fuerit librarii inscitia. Mensura stadiorum quingentorum, cum auctor peripli iuxta terram navigasse se dicat, ac tamen post legamus eandem navigationem directo navis cursu stadiis confici septingentis, non potest esse recta. Sed qui numerus substituendus sit, conicere licet comparandis Strabonis numeris. Is enim geographus libr. XIV. P. 666 ita dicit: Ἀπὸ δὲ τῆς ἱερᾶς ἄκρας ἐπὶ τὴν Ὀλβίαν λείπονται στάδιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα ἑπτά, et p. 667 ita: Ὁ δὲ παράπλους ἅπας ὁ Παμφύλιος στάδιοί εἰσιν ἑξακόσιοι τεσσαράκοντα. Apud eum autem Pamphylia inde a Coracesio usque Olbiam porrigitur, a qua urbe idem ait incipere Lyciam. Ambo igitur numeri septem et mille stadia efficiunt; de quibus tamen cum fere trecenta stadia, quae inter promontorium Coracesium et Melana fluvium intercedere sumenda sunt, detrahi debeant, non sane quis multum fallatur, si putet φ' in ψ' mutandum.

Λοιπὸν Λυκία.

Τὸν δὲ ἐπίτομον διὰ πόρου εἰς τὰς Χελιδονίας σταδ. χ́.[1] *ἐστὶ δὲ ἀπὸ τῶν Χελιδονίων*[2] *Μάραι*[3] *καὶ τὸ τῆς Κυπρίας ἄκρας ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα ἐπ' ἀνατολὰς τοῦ κριοῦ οὐριώτα ζεφύρῳ σταδ. ͵αώ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνεμουρίου ἐπὶ τὰς Χελιδονίας νήσους σταδ. ͵ασ́. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἱερᾶς ἄκρας*[4] *ἐν Μελανίππῃ*[5] *σταδ. λ́.*

Deinde Lycia.

Directo cursu navis sunt usque ad insulas Chelidonias stadia 600. Absunt autem a Chelidoniis Marae et promontorium Cyprium stadia . . . . usque ad Acamanta ad ortum arietis, maxime secundante Zephyro, stadia 1800. Ab Anemurio autem usque ad insulas Chelidonias stadia 1200. A promontorio Sacro

1) Hic numerus, et cum praecedente comparatus et cum eo, qui ab Anemurio ad insulas Chelidonias ponitur, pro recto habendus esse videtur.

2) Consulto neutro loco verbum *νῆσοι* addidimus, nam alii quoque ita loquuntur. Ptolemaeus has insulas *σκοπέλους* dicit.

3) Verba haec quanquam corrupta sunt, consulto mutavimus nihil, cum quae sententia sit, omnes intelligant, non autem omnes in eo consensuri sint, quo modo corruptum debeat corrigi. Numerus his Strabonis verbis, quae l. XIV. p. 652 sunt, confirmatur: *Ὁ δ' Ἀκάμας ἐστὶν ἄκρα δύο μαστοὺς ἔχουσα καὶ ὕλην πολλήν, κείμενος μὲν ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν, ἀνατείνων δὲ πρὸς ἄρκτους, ἐγγυτάτω μὲν πρὸς Σελινοῦντα τῆς Τραχείας Κιλικίας ἐν διάρματι σταδίων χιλίων· πρὸς Σίδην δὲ τῆς Παμφυλίας χιλίων καὶ ἑξακοσίων· πρὸς δὲ Χελιδονίας χιλίων ἐνακοσίων.*

4) Multa promontoria ab antiquis hominibus s a c r a appellata sunt. Id autem idcirco factum est, quia huiusmodi loca et altitudine et prospectu maris excellentia et quasi quodam divino horrore hominum animos implentia omnium aptissima videbantur esse, in quibus dis immortalibus templa extruerentur.

5) Hic locus Melanippe solum in periplo commemoratur. Mensura cum incorrupta esse videatur cumque occidentale promontorii sacri latus plures habeat sinus, ubi ista Melanippe sita fuerit, non difficile est ad intelligendum. Quod deinceps commemoratur oppidum *Γάγαι*, id a multis scriptoribus commemoratur, quamquam, ubi id situm fuerit, non constat. Plinium si sequimur, Gagae aliquanto intervallo remotae fuerunt a mari, nam V, 28 dicit haec: Oppidum Olympus ibi fuit: nunc sunt montana, G a g a e, C o r y d a l l a, R h o d i o p o l i s. Stephanus de G a g i s nihil nisi haec tradit: *Γάγαι πόλις Λυκίας, ἣν καὶ παγαιὸν τεῖχος, καὶ χώραν φησὶν Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῃ Λυκιακῶν· τὸ ἐθνικὸν Γαγαῖος.* Sed Gagas si non ad mare ipsum, certe exiguo ab eo intervallo positas fuisse, praeter hunc periplum etiam Scylax testis est, apud quem post Limyram *Λιγαία πόλις* sequitur, quod nomen haud dubie a Salmasio iure in *Γαγαῖα* mutatum est, ita ut pro Gagis G a g a e u m o p p i d u m dictum sit. A Dioscoride, V. 14.,

Ἀπὸ δὲ Μελανίππης εἰς Γάγας σταδ. ξ'. Ἀπὸ δὲ Μελανίππης ἐπὶ ποταμὸν Λάμυρον σταδ. ξ'. ὑπὲρ σταδίους ξ' κεῖται πόλις Λάμυρα καλουμένη.[1] Ἀπὸ Μελανίππης εἰς πύργον τὸ Ἴσον καλού-

ad Melanippen stadia 30. A Melanippe ad fluvium Lamyrum stadia 50. Stadiis sexaginta superius sita est urbs, nomine Lamyra. A Melanippe ad castellum, Ison appellatum, stadia 60. Ab

qui apud hoc oppidum lapidem Gagantem inveniri dicit, oppidum quoque Gagas vocatur, nec tamen dubitandum est, quin Gagae verum nomen sit. Hoc autem non mediterraneum oppidum fuisse, videtur etiam ex his verbis apparere, quae in etymologico magno sunt: *Γάγαι, πόλις Λυκίας. Εἴρηται ὅτι Ῥόδιοι Λυκίους αἰτοῦντες τόπον, ἐν ᾧ κατοικήσουσιν, ἐβόων Γᾶ Γᾶ τῇ πατρῴᾳ φωνῇ δωρίζοντες· καὶ ἐντεῦθεν τὸ ὄνομα ἐτέθη τῇ πόλει· ἢ ὅτι Νέμιος στρατηγῶν Ῥοδίων καὶ τοὺς Λυκίων καὶ Κιλίκων λῃστεύοντας κατὰ θάλασσαν νικήσας νυκτὸς χειμῶνι περιέπεσε καὶ κινδυνευούσης τῆς νεὼς τῶν ἐμπλεόντων ἀναβοήσαντων τῇ Δωρίδι φωνῇ Γᾶ Γᾶ ἐκ τοῦ ἐπιφθέγματος προσέσχον καὶ ἐσώθησαν· ἡμέρας δὲ γενομένης κατὰ τὸν τόπον ἔκτισε πόλιν καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν ἀπὸ τῆς λεχθείσης φωνῆς Γάγαι.* Videtur iam veteribus hoc nomen mirabile visum esse. Cum Dioscorides, cuius modo mentionem faciebamus, etiam amnem Gagantem commemoret, nos sic existimamus, Gagas non ad mare ipsum, sed supra ostia istius fluvii positas fuisse, ut etiam Olympum videbamus non ad mare ipsum sitam fuisse, sed aliquo ab eo intervallo supra fluvium Phoenicunta. Utrumque autem oppidum si remotius a mari fuisset, id utroque loco ab auctore peripli additum esset, qui nunquam id indicare omittit. Vestigia autem huius oppidi supersint etiam hunc nec ne, nescimus. Si supersunt, ut ea a Beaufortio non reperta sint, eam ipsam ob causam factum est, quod Gagae non usque ad mare pertinuerunt. Istum autem fluvium, apud quem Gagae fuerunt, eum ducimus, qui in tabula Beaufortiana ad orientem ab iis fluviis descriptus est, quos Limyrum et Arycandum esse post viderimus. Haec si recte disputavimus, nullo modo id probari poterit, quod Leakius suspicatus est, Melanippen fuisse Gagarum portum; nam Gagae, ut nobis quidem videtur, neque pro mediterranea urbe habendae sunt, nam ad eas ipsas appulsum est, et denique ita longe a Melanippe fuerunt, ut haec vix potuerit Gagaeorum esse portus.

1) In apographo sic est: *ἐπ' Ταμὸν ἀλμυρον.* Non poteram dubitare haec verba corrupta ita emendare, ut factum est. Ac debebam fortasse etiam, ut mihi quidem videtur, *Ἀπὸ δὲ Μελανίππης* mutare in *Ἀπὸ δὲ Γαγῶν*, quanquam id non videtur fieri debere propter adversativam, quae tum ab auctore addi solet, cum ad aliquem superiorem locum revertitur: sed cum δὲ ante toties positum esset, librarius non dubitavit id scribendo repetere, ut etiam in numeris fieri solet, ut eosdem saepius repetat. Atque illa mea coniectura iam eo confirmatur, quod ut a Melanippe ad Gagas et a Melanippe ad amnem Limyrum aeque multa stadia esse dicuntur, quod omnino fieri non potest. Ac sane dicet aliquispiam, non verba, sed numeros esse commistos, sed id esse idcirco nego, quia, si quidem situs Gagarum recte a me

descriptus est, intervalla pro rectis habenda sunt. Apud Plinium sic est l. l.: Iuxta mare Limyra cum amne, in quem Arycandus influit, et mons Massycites, Andriaca, Myra. Num olim Arycandus in Limyrum influxerit an Plinius falsus sit, non potest asseverari, sed nunc Arycandum, qui eundem cursum atque Limyrus persequitur, non in hunc, sed in mare infundere se, a Beaufortio docemur, qui duos amnes non procul inter se in sinum Phinicensem (nam id hodie istius sinus nomen est) infundi dicit. Quod tum dicitur, urbem sexaginta stadiis supra mare esse, in hoc numero librarius peccavit; nam Strabo sic dicit XIV. p. 666. *εἶτα Μύρα — εἶθ' ἡ ἐκβολὴ τοῦ Λιμύρου ποταμοῦ καὶ ἀνιόντι πεζῇ σταδίοις εἴκοσι τὰ Λίμυρα πολίχνη.* Atque hoc intervallum Strabonianum confirmat Cockerillius Anglus, qui loco a Strabone indicato aliquot sepulchra literis et dialecto Lycia inscripta invenit inscriptionesque in altero operis Clarkiani volumine typis descripsit. Iam diximus, amnem esse, qui propter Limyrum et in mare influat et Arycandus quondam sit dictus. Ut autem oppidum fuit Limyra, eodem atque fluvius nomine, sive oppidum a fluvio sive hic ab illo nomen accepit, ita etiam supra Arycandum amnem certo a mari intervallo urbs fuisse videtur, Arycanda, nam eius et Stephanus recordatur: *Ἀρύκανδα, πόλις Λυκίας, ὡς Καπιτὼν ἐν Ἰσαυρικῶν δευτέρῳ· τὸ ἐθνικὸν ὁ Ἀρυκανδεύς, ὡς Ἀλυνδεύς*, et scholiastes Pindari ad Olympiarum odar. VII: *ἐν Λυκίᾳ δέ ἐστιν πόλις Ἀρύκανδα καλουμένη, ἧς πλησίον ἱερόν τι χωρίον, ὃ πρότερον μὲν Ἔμβολος ἐκαλεῖτο διὰ τὴν θέσιν τοῦ χωρίου.* Atque etiam a Cockerillio Limyris inscriptio reperta est, in honorem alicuius composita, qui civitatem et Olympi et Arycandorum acceperat. Iam Leakius praeclare intellexit, nomen huius oppidi in corruptelis *Ἀριβενδα* et *Ἀρενδα*, quae in codicibus geographiae Ptolemaei sunt, latere. Ac nobis quidem illae reliquiae, quarum Beaufortius recordatur, huius Arycandi esse videntur. Ille autem, in latere orientali, inquit, promontorii Phinicensis vetus castellum est, quod ab uno homine et eo grandaevo habitatur, qui libentissime aliquot nautas in proximum vicum conduxit. Ibi isti nihil memorabile conspexere, sed praefectus vico iis affirmavit, certo loco, decem millibus passuum ab illo vico remoto, fragmenta reperiri columnarum et signorum atque inscriptiones. Ut autem hae Gagarum reliquiae sint, ut Leakii opinio est, id per haec fieri non potest, quae a nobis supra de situ huius urbis dicta sunt. Fluvius vel Limyrus vel Limyra dictus est, quarum alteram formam Mela et Plinius habent. Antiquior forma fuit Limyrus, cum altera posterius ab urbe in amnem quoque translata est. Utramque autem formam etiam Stephanus testatur, qui et Limyram urbem et Lamyram habet: nam uno loco haec habet: *Λάμυρα, πόλις Λυκίας, καὶ ποταμὸς Λάμυρα, ἀπὸ θαλάττης ὑπὲρ μετεώρου λόφου, ὁ πολίτης Λαμυρεύς*; altero haec: *Λίμυρα, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Λιμυροῦ ποταμοῦ· ὁ πολίτης Λιμυρεύς.* Utroque autem nomine idem significari oppidum, maxime inde patet, quod Stephanus Strabonem excerpens oculis aberravit. Apud illum enim sic est: *Εἶτα Μύρα ἐν εἴκοσι σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐπὶ μετεώρου λόφου. Εἶθ' ἡ ἐκβολὴ τοῦ Λιμυροῦ ποταμοῦ κ. τ. λ.* Unde fieret, ut fluvius etiam Limyra diceretur, iam dicebam; forma autem Lamyra sine dubio inde orta est, quod verbum *λαμυρὸς* usitatum hominibus erat vocabulum. Quod denique haec verba

μενον [1] σταδ. ξ'. Ἀπὸ τοῦ Ἰσίου πύργου εἰς Ἀνδριακὴν [2] σταδ. ξ'. Ἀπὸ Ἀνδριακῆς εἰς Σίμηναν [3] σταδ. δ'. Ἀπὸ Σιμήνας εἰς Ἀπέρλας [4] σταδ. ξ'. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου... εἰς Ἀντίφελλον [5] σταδ. ν'. Ἀπὸ

Iso castello ad Andriacen stadia 60. Ab Andriace ad Simenam stadia 4. A Simena ad Aperlas stadia 60. Ab [hoc] promontorio ad Antiphellon stadia 50. Ab Antiphello ad insulam Megi-

attinet ὕπερ σταδίους κεῖται πόλις, hoc significamus, in periplo verba ὕπερ et κεῖσθαι, hoc modo, ut hic factum videmus, usurpata esse.

1) Quod promontorium hodie Pyrgo dicitur, id videtur ab hac turri, quae in hoc periplo commemorata est, accepisse nomen. Quod autem ea olim τὸ Ἴσον dicebatur, id mihi hinc factum esse videtur, quod muri eius omni latere aequales erant, quocirca turrim illam dicebant das Quadrat. Ac fortasse iam antiquis temporibus totum promontorium, in cuius cornu hic pyrgus extructus erat, appellabatur ὁ Πύργος.

2) Sine dubio ita scribendum est: Ἀπὸ τοῦ Ἴσου πύργου. Tum in apographo est falso: Ἀδριακὴ. Flumen, ad cuius ostia haec Andriace posita fuit, nunc ab huius nomine urbis Andraki dicitur, quondam autem id Myron dictum esse, ex hoc Stephani loco colligere licet: Μύρα, πόλις Λυκίας, ἀπὸ μύρων ἢ ἀπὸ Μύρωνος ἢ ἀπὸ Μύρου ποταμοῦ παραῤῥέοντος. Ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον. Λέγεται καὶ θηλυκὸν καὶ οὐδέτερον. Τὸ ἐθνικὸν Μυρεύς. Haec si vera sunt, quae de ortu nominis Myrorum Const. Porphyrog. I, 14. dixit, nomen fluvii a nomine urbis ducendum est: Εἶτα τὴν Λυκίων πόλιν, τὴν μυρίπνουν καὶ τρισόλβιον· ἐν ἧπερ ὁ μέγας Νικόλαος, ὁ τοῦ θεοῦ θεράπων, ἀναβλύζει τὰ μύρα, κατὰ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα. Promontorium, post quod Myrus in mare influit, quod quondam nomen habuerit nescitur, sed hodie etiam Andraki dicitur. De urbe Andriaca conferatur App. de bel. civ. IV, 82: Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Λέντλος, ἐπιπεμφθεὶς Ἀνδριάκῃ, Μυρέων ἐπινείῳ, τήν τε ἅλυσιν ἔῤῥηξε τοῦ λιμένος, καὶ ἐς Μύρα ἀνῄει. Strabo Myra tantum commemorat: εἶτα Μύρα ἐν εἴκοσι σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐπὶ μετεώρου λόφου. Andriaces reliquiae sunt, veluti sepulchra ac granarium fere integrum, sic inscriptum: HORREA IMP CAESARIS DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEPOTIS TRAIANI ADRIANI AUGUSTI COS. III.

3) In apographo est: Σόμηναν. Nos e Plinio et Stephano correximus Σίμηνα. Apud Graecum haec leguntur: Σίμηνα, πόλις Λυκίας, οὐδετέρως. Οἱ κατοικοῦντες Σιμηνεῖς, ὡς Σιδομεῖς. Cum perexiguo ab Andriace intervallo reliquiae pristinorum aedificiorum reperiantur, credibile est, eas veterum esse Simenorum. Ideoque etiam mensuram quattuor stadiorum pro recta habere licet.

4) Hoc ipsum nomen est, quod apud Hieroclem quoque invenimus. Apud Ptolemaeum autem est Ἀπέῤῥαι, pro quo fortasse Ἄπεραι scribendum est, cum istud oppidum Plinius Apyren dicat. Id autem, ut reliquiae testantur, in lingua situm fuit, qua promontorium, quod est insulae simile, cum continente coniunctum est. Hoc autem post Dolichisten insulam sequitur.

5) Isti promontorio, quod insulae simile esse dixi, in cuius cervice Aperrae positae fuerunt, haud dubie id ipsum nomen fuit. Quam ob causam videtur

Ἀντιφέλλου εἰς νῆσον Μεγίστην[1] σταδ. ν'. Ἀπὸ Μεγίστης εἰς

sten stadia 50. A Megiste ad insulam Rhogen stadia 50. A

scribendum esse: Ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου Ἀπέρλων. Antiphelli vestigia et nomen, in Antifilo mutatum, hodie quoque Beaufortio teste restant. Atque ut olim ita hodie quoque portus est. Hoc memorabile est, quemadmodum aedificia, quorum reliquiae sunt, ita etiam epigraphas, quae repertae sunt, opere non excellere. Aliquot literas, quibus epigraphae compositae sunt, alioquin non invenias. Oppidum Phellus (quod nomen corticem significat), cui Antiphellus quasi opposita est, a mari remotum est. Itaque dicit Plinius: Oppida: Apyre et Antiphellus, quae quondam Habessus, atque in recessu Phellus. Haec ipsa verba cum Sicklerus male intellexisset, haec scripsit: Antiphellus, früher Habessus, am Hafen Phellus. Nec recte haec dixit Strabo: ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ χωρίᾳ Φελλὸς καὶ Ἀντίφελλος καὶ ἡ Χίμαιρα, ἧς ἐμνήσθημεν ἐπάνω. Plinius dicit, XXXI, 47, mollissimas spongias circa muros Antiphelli urbis reperiri.

1) In apographo est: Μεγέστην. Mensura haud dubie iusto maior est. Haec insula hodie Kastelorizo sive Castelrosso, id est castellum rubrum, dicitur idque propter colorem rupium insulam cingentium. Antiquum nomen iure insulae datum est, quippe in isto mari maximae. Apud Strabonem sic est: Μεταξὺ δ' ἐν τῷ λεχθέντι παράπλῳ νησία πολλὰ καὶ λιμένες, ὧν καὶ μεγίστη νῆσος καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Κισθήνη. Ita ante Tzschuckium vulgo legebatur, ut sententia haec esset: in quibus etiam est maxima insula Cisthene et urbs eiusdem nominis. Sed iam Salmasius (exercitt. in Solin. p. 552) recte corrigebat Μεγίστη, nam haec insula ut in illa maris parte iacens a multis scriptoribus commemoratur, Plin. V, 31; Ptolem. V, 3; Steph. s. Μεγίστη: Liv. XXXVII, 23. Sed haec emendatio si vera est, non potest scribi ἡ Κισθήνη, quamobcausam coniecerat idem vir. eruditus: καὶ Μηκίστη, ita ut ea insula intelligenda esset, quae a scriptoribus omnibus Δολιχίστη dicitur. Qua coniectura iure improbata Tzschuckius et Koraes scripserunt ἢ καὶ Κισθήνη, ita ut Strabo dicat: quae etiam Cisthene (dicitur). Nos qui pro ἡ solum ἢ scribendum ducimus, non tamen iidem existimamus, nomen Cisthenes ad insulam esse referendum, sed tantum modo ad urbem, quam putamus, initio Cisthenen appellatam, post nomen ab insula accepisse. Atque apud Isocratem panegyr. cap. 41. sic est: Τὴν μέν γε μετ' Ἀγησιλάου στρατίαν, ὀκτὼ μῆνας ταῖς ἑαυτῶν δαπάναις διέθρεψαν, τοὺς δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύσαντας ἑτέρου τοσούτου χρόνου τὸν μισθὸν ἀπεστέρησαν· Καὶ τοῖς μὲν Κισθήνην καταλαβοῦσιν, ἑκατὸν τάλαντα διένειμαν, τοὺς δὲ μετ' ἑαυτῶν εἰς Κύπρον στρατευσαμένους μᾶλλον ἢ τοὺς αἰχμαλώτους ὕβριζον. Si non Aaeolorum urbs aliqua, ut Hieron. Wolfius putat, intelligenda est, sed urbs aut insula non ita procul a Cypro, quidni Cisthene urbs intelligi possit. Nam occupata urbe etiam insula in potestatem victorum discedebat. Grosskurdius vero insulam Cisthenen fuisse putat (quod ea a nemine commemoretur, id non argumentum esse ait, eam etiam non fuisse) et ideo scribi vult καὶ ἡ Κισθήνη aut etiam καὶ Κισθήνη. Quae coniectura cum alioqui nullo modo probanda est, tum plane fallitur vir doctus, cum addat, Cisthe-

νῆσον Ῥόπην[1] σταδ. ν΄. Ἀπὸ Ῥόπης ἐπὶ τὰς Ξεναγόρου νήσους[2] σταδ. τ΄. Ἀπὸ τῶν Ξεναγόρου νήσων εἰς Πάταραν σταδ. ξ΄. Ἀπὸ Πατάρων[3] ἐπὶ ποταμὸν[4] πλωτὸν [Ξάνθον]...· ὑπέρκειται πόλις Ξάν-

Rhoge ad Xenagorae insulas stadia 300. A Xenagorae insulis ad Patara stadia 60. A Pataris ad fluvium navigabilem [Xanthum]...

nen esse Castelrosso et Megisten Kakawa. Nam iam diximus, insulam Megisten a magnitudine, quae ab iis, qui in istis regionibus navigaverunt, omnibus asseveratur, et Dolichisten a longitudine, quae eius propria est, nomen accepisse. Cur autem haec Dolichiste et a Strabone et ab auctore huius peripli omissa sit, causam cogitando assequi non potuimus. Quae in insula Megista fuerit civitas, eam interisse tradit Plinius. Eius portum Livius libr. XXXVII, c. 22. commemorat: (Diophanes) profectus, cum, quantum accelerare poterat, naturasset, ad portum, quem Megisten vocant, praegressos consequitur. Inde uno agmine Phaselidem cum venissent, optimum visum est, ibi hostem operiri.

1) Haud dubie Ῥόγη scribendum est, nam ita haec insula a Plinio dicitur. Hodie appellatur San Giorgio.

2) Duae insulae sunt, quae in aditu sinus, antiquis temporibus Phoeicuntis, hodie Kalamaki dicti, sitae, quondam a Xenagora quodam nomen acceperant, quarum nunc una Volo, altera Okendra dicitur. Plinius et unam tantum et eam Enagoram dicit. Non alienum visum est, totum locum, quo Plinius insulas tractat, hic apponere: In Lycio autem mari Illyris, Telendros, Attelebussa, Cypriae tres steriles et Dionysia. Deinde contra Tauri promontorium pestiferae navigantibus Chelidoniae totidem. Ab iis cum oppido Leucolla Pactyae, Lasia, Nymphais, Macris, Megista, cuius civitas interiit. Multae deinde ignobiles. Sed contra Chimaeram Dolichiste, Chirogylium, Crambussa, Rhoge, Enagora octo millium passuum, Daedaleôn duae, Cryeôn tres, Strongyle et contra Sidyma Antiochi, Glaucumque versus amnem Lagusa, Macris, Didymae, Helbo, Scope, Aspis et in qua oppidum interiit, Telandria: proximeque Cauno Rhodussa. Postremum hoc addimus, mensuram trecentorum stadiorum nimis magnam videri.

3) Hic quoque ut fere semper pluralis singularem sequitur, in quo ita sibi librarius constitit, ut, etiamsi nomen pluralis sit, tamen priore loco singularem et posteriore pluralem ponat, tametsi nomen singularis sit. Scribendum autem est Πάταρα. Nam Romanorum tantum consuetudo haec est, ut nomina propria locorum aut fluminum, quae graeca lingua neutrius generis sunt, in substantiva primae declinationis mutent. Urs Patara non longe a flumine Xantho posita fuit; nam Appiano teste (cf. l. IV. de bell. civ. cap. 81) fuit navale Xanthiorum, a quorum urbe quindecim millibus passuum abfuit. Sunt Patarorum reliquiae, sed portus, nobilissimus quondam, nunc sabulo impletus est.

4) Addidimus Ξάνθον. Periplus Strabone confirmatur, lib. XIV, p. 665 haec dicente: Εἶθ' ὁ Ξάνθος, ποταμὸς, ὃν Σίρβην ἐκάλουν οἱ πρότερον· ἀναπλεύσαντι ὑπηρετικοῖς δέκα σταδίοις τὸ Λητῷον ἐστίν· ὑπὲρ δὲ τοῦ ἱεροῦ προελ-

θος σταδ. ξʹ. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Ξάνθου εἰς Πύδνας[1] *ἐπευθείας σταδ. ξʹ. Ἀπὸ Πύδνων ἕως τῆς Ἱερᾶς ἄκρας*[2] *σταδ. πʹ. Ἀπὸ Ἱερᾶς ἄκρας εἰς Καλαβαντίαν*[3] *σταδ. λʹ. Ἀπὸ Καλαβαντίων εἰς Περδικίας σταδ. νʹ. Ἀπὸ Περδικίων εἰς Κισσίδας σταδ. νʹ. Ἀπὸ*

Supra eum est urbs Xanthus stadiis 60. A fluvio Xantho ad Pydnas, directo cursu, stadia 60. A Pydnis usque ad promontorium Sacrum stadia 80. A promontorio Sacro ad Calabantiam stadia 30. A Calabantia ad Perdicias stadia 50. A Perdiciis ad

θόντι ἑξήκοντα ἡ πόλις ἡ τῶν Ξανθίων ἐστί, μεγίστη τῶν ἐν Λυκίᾳ. Cfr. etiam Plin. l. l. Sunt huius Xanthi multae nobilesque reliquiae.

1) Harum Pydnarum nusquam alibi mentio fit. Eas ibi Leakius suspicatur fuisse, ubi hodie Zeitunlik est. Quod autem ad firmandam eam sententiam addit, ibi a Beaufortio veteres reliquias urbis esse conspectas, id in libro Beaufortiano invenire non potuimus. Cum sit additum *ἐπ' εὐθείας*, colligi licet, habere oram inter Patara et Pydnas recessus maiores. Num, quod Leakius suspicatur, Pydnae Cydna sint, quam Ptolemaeus in mediterraneis oppidis iuxta montem Cragum positis refert, id videtur vehementer dubitandum esse.

2) Hoc promontorium, magna amplitudine et quo mons Cragus in mare exit, constat corona plurium cornuum, quae Strabo octo esse dicit, sed e hodierno nomine, quo id promontorium significatur, tantum septem esse suspicandum est. Quondam hoc promontorium vel Cragus, quod idem nomen oppidum, quod in eo fuit, habuit, vel promontorium sacrum, haud dubie aut ob templum alicuius dei ibi extructum aut ob lucum dei alicuius sacrum, appellatum est: nunc a Turcis id Yedi Burun et a Graecis Hefta capi id est septem Cragi capita dicitur.

3) De scripturis nominis conferantur, quae ante dicebamus. Locus solum in hoc periplo commemoratur, quod idem de Perdiciis et Cissidibus dicendum est. Nomen Calabantiorum fortasse hinc ortum est, quod id oppidum in colle aditu amoeno situm fuit. Perdiciarum nomen fortasse a copia perdicum, quae in illo loco esset, ducendum est. Sic Beaufortius p. 23 tradit, insulam Dolichisten, quae nunc Kakawa sive ut Turcae loquuntur Kukyowa dicitur, hoc nomen Meletio auctore (cfr. eius geogr. vet. et nov. Lyc. Venet. 1725) a colonia Myrensium, quae sedem in ea collocasset, accepisse, et id quidem propter copiam perdicum, nam *κακκάβην* perdicem significare constat. Quae aves cum illo quoque loco, quo Perdiciae fuerunt, magna multitudine congregatae essent, hinc istud nomen oppidi natum esse non incredibile est. Cissidum denique nomen a *κίσσῳ* derivandum putamus, ut locus ubertate hederae excellens significetur. Quod autem situs horum locorum attinet, non ego eos constituam, sed facile est intelligere, quam opportunos locos ad habitandum multitudine inflexuum ac recessuum haec orae pars habeat, quae a promontorio sacro ad illud usque promontorium longum, post quod sinus Glaucus est, procedit. De situ Cissidum autem fortasse Leakio assentiendum est, qui eas in illo promontorio quod modo dixi et in eo quidem loco ponit, ubi nunc San Nicolò est; certe

Κισσίδων ἐπὶ νῆσον Λάγουσαν[1] *σταδ. π΄. Ἀπὸ Λαγούσων εἰς Τελεμενσὸν*[2] *σταδ. ε. Ἀπὸ Τελεμενσοῦ ἐπὶ Πηδάλιον*[3] *κατὰ τὴν*

Cissides stadia 50. A Cissidibus ad insulam Lagusam stadia 80. A Lagusa ad Telmessum stadia 5. A Telmesso ad Pedalium apud

videtur cum eo loco mensura octoginta stadiorum convenire.

1) Haec insula, ut ante videbamus, a Plinio quoque commemoratur. Mensurae si rectae sunt, videtur ea ex illis sex insulis quae in sinu Glauco sunt, intelligenda esse, quae transversa in aditu sinus ipsius Telmissici iacet. In apographo est altero loco, ut fere fit, *Λαγούσων*.

2) Hoc sane mirabile, librarium, cui hoc fragmentum peripli debemus, in quibusdam vitiis constitisse sibi. De commutatione singularis numeri et pluralis, quae fere eadem ratione fit, saepius diximus, sed eadem peccandi constantia pro *σσ* scribere solet *νσ*. Telmesso urbe Lyciam finiri, praeter Melam Plinius quoque ait, V, 28: Promontorium Cragus. Ultra, par sinus priori: ibi Pinara et quae Lyciam finit, Telmessus. Lycia quondam LXX oppida habuit, nunc XXXVI habet. At Strabo dicit, finem Lyciae montem Daedala esse, ita tamen, ut is ad Lyciam pertineat; quod autem post montem oppidum Daedala sit, id iam ad Cariam pertinere. Nos in hac opinione sumus, ut putemus, Lyciam flumine Glauco, montem Daedala praeterfluente, definiri, nam gentes solent non tam montibus quam fluviis disterminari, propterea quod homines facilius montes quam flumina transgrediuntur, quemadmodum etiam supra videbamus, fines et Ciliciae et Pamphyliae flumina esse. Veteres autem de termino Lyciae Cariaeque dissensisse, argumenta sunt multa. Ita Ptolemaeus ab oppido Calynda initium Lyciae facit, quo fit, ut et Clydae et Daedala hac terra comprehendantur: ita Stephanus ipsam Telmessum oppidum Cariae dicit, quod idem Cicero dicit, de div. I, §. 91: Telmessus in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina. Ad hoc oppidum ut revertar, id a Strabone *πολίχνη* dicitur, ut eius aetate id non iam iisdem opibus fuisse appareat, quibus temporibus superioribus. Eius inter ruinas, quae etiamnunc supersunt, theatrum eminet et porticus et sepulchra, incisa in rupes. Hodie Mei, quod nomen e vetere contractum est, dicitur, ita enim portus oppidi Makry dicitur. Est igitur non satis recte, si geographi docent, Makry veterem Telmessum esse. Illud promontorium angustum, quod ante hanc urbem est, dicebatur *ἄκρα Τελμησσίς*, ut ille etiam profundus recessus, intra quem Telmessus sita erat, *κόλπος Τελμήσσιος* appellatus est. Antiquissima ac iusta forma est *Τελμησσὸς*, pro qua tamen, ut litera *ι* mollior est, saepe etiam *Τελμισσὸν* invenimus.

3) Qui factum sit, ut haec mensura a Telmesso ad Pedalium hic addita sit et non in periplo Cariae, non est quod investigemus. Mensura ipsa, si cum eo numero stadiorum, qui in periplo Cariae a Telmesso usque ad Pedalium efficitur, auctore ad singula oppida appellente, comparatur, recta videri debet, nam primum is a Telmesso directo ad Pedalium navigavit. Hoc autem promontorium, hodie Bokomadhi dictum, idem sine dubio est, quod Strabo Artemisium vocat, quod nobis recentius esse nomen videtur. Iste autem dicit

Ῥύπισαν[1] *σταδ. σ΄. Γίνονται ὁμοῦ οἱ πάντες ἕως Τελμενσοῦ σταδδ. ͵αφ΄.*[2]

insulam Rhupissam stadia 200. Universa sunt stadia usque Telmessum 1500.

Λοιπὸν Καρία.

Ἐκ Τελμενσοῦ εἰς Δαίδαλα[3] *σταδ. ν΄. Ἐκ Δαιδάλων εἰς Καλλιμάχην*[4] *σταδ. ν΄. Ἐκ Καλλιμάχης εἰς Κρούαν*[5] *σταδ. ξ΄. Ἐκ*

Deinde Caria.

A Telmesso ad Daedala stadia 50. A Daedalis ad Callimachen stadia 50. E Callimache ad Cruan stadia 60. E Crua ad

I. 1. *Μεταξὺ δὲ πρῶτον μὲν ἀπὸ Δαιδάλων πλέουσιν ἐπὶ τὴν δύσιν ἐπ' εὐθείας τῇ ἐκ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας παραλίᾳ κόλπος ἐστιν εὐλίμενος, Γλαῦκος καλούμενος. εἶτα τὸ Ἀρτεμίσιον ἄκρα καὶ ἱερόν· εἶτα τὸ Λητῷον ἄλσος· ὑπὲρ αὐτοῦ δὲ καὶ τῆς θαλάττης ἐν ἑξήκοντα σταδίοις Κάλυμνα πόλις· εἶτα Καῦν.* (Calymna haec ea ipsa urbs est, quam Ptolemaeus Calyndam dicit.) Constat autem, multa promontoria ab antiquis hominibus *πηδάλια* id est clavos esse appellata, propter similitudinem, quae inter clavum, supra puppim prominentem, et inter promontorium, supra oram in mare porrectum, intercedere videretur.

1) Insulam circa Pedalium esse, omnes tabulae demonstrant. Sed num *Ῥύπισα* eius verum nomen sit, fortasse dubitandum est. Eorum insularum nominum, quae Plinius refert, nullum cum hoc convenit. Estne *Ῥύπισσα*?

2) Haec mensura stadiorum mille quingentorum fere cum Strabone consentit, apud quem XIV, p. 666 sic est: *Μετὰ τοίνυν Δαίδαλα ὄρος, ἀφ' οὗ λαμβάνει τὴν ἀρχὴν ὁ παράπλους ἅπας ὁ Λυκιακός, σταδίων μὲν χιλίων ἑπτακοσίων εἴκοσι.* Nam Strabo non, ut auctor huius peripli, inde a promontorio Chelidonio, sed inde ab Olbia, quam urbem ad ortum solis versus Pamphyliae initium facit, stadia computat, ut eius mensura stadiis centum quinquaginta tribus minor sit quam quae in periplo est, cum a promontorio, quod diximus, usque Olbiam a Strabone stadia trecenta sexaginta septem numerentur.

3) De urbe Daedalis haec Stephanus: *Δαίδαλα, πόλις τῆς Ῥόδου ἢ χωρίον, Στράβων ιδ΄. ἔστι καὶ ὄρος τῆς Λυκίας τὰ Δαίδαλα· ἡ δὲ πόλις ἀπὸ Δαιδάλου τοῦ Ικάρου ἡ ἐν Λυκίᾳ.* Num autem Daedala Lyciae colonia Daedalorum, urbis Cretensis, fuerint eamque ob caussam mons ab urbe, non urbs a monte nomen acceperit, non huius loci est in id inquirere. Urbem autem, cuius omnino nulla vestigia restare videntur, sub radicibus montis ad occidentem versus fuisse oportet.

4) Huius loci nemo praeter anonymum hunc recordatur. Nomen ipsum nihil quidquam offensionis habet idque oppido in honorem Callimaches cuiusdam datum esse videtur. Hoc addimus, haec loca, quae in periplo solum commemorantur, non omnia pro oppidis, sed saepe pro locis habenda esse, quibus appelli posset.

5) Hoc oppidum a Plinio dicitur Grua fugitivorum, e quo addito verbo videtur concludi de-

Κρούων εἰς τὸν Κοχλίον [1] σταδ. ν'. Ἐκ Κλυδῶν [2] ἐπὶ τὸ Πηδάλιον ἀκρωτήριον σταδ. λ'. Ἀπὸ τοῦ Πηδαλίου ἐπὶ τὸν Ἀγκῶνα [3] τὸν ἐπὶ τοῦ Γλαυκοῦ σταδ. π'. Ἀπὸ τοῦ Ἀγκῶνος ἐπὶ τὸν Κουνίων πάνορμον σταδ. ρκ'. Ἀπὸ τοῦ ... πανόρμου ἐπὶ τὴν

Cochleam stadia 50. E Clydis ad Pedalion promontorium stadia 30. A Pedalio ad Ancona in sinu Glauco stadia 80. Ab Ancone ad panormum Cuniorum stadia 120. Ab hoc panormo

here, hoc oppidum esse a servis fugitivis, qui congregassent sese, conditum. Apud Ptolemaeum scriptum est *Καρύα*. Cuius geographi numeri si integri sunt, cum ab eo Daedala et Grua in eadem latitudinis linea ponantur, sed quindecim minutis longitudinis inter se distare dicantur, concludere licet, Gryam fere ex adverso urbi Telmesso sitam fuisse, quod eo confirmatur, quod in illo loco promontorium est, quod a Mela Grya dicitur, quamquam is in eo errat, quod istud ante Pedalium ponit; nam scripsit haec I, 16: Caria sequitur. Hic castella aliquot sunt. Deinde promontoria P e d a l i u m et G r y a et secundum C a l b i n oppidum C a u n o s, valitudine habitantium infame. Num oppidum C r y a s s u s sive C r y a s s a idem atque haec Grya sit, videtur vehementer dubitandum esse, quamquam Leakio ita videtur. Stephanus haec habet: *Κρυασσὸς, πόλις Καρίας ἀπὸ Κρυάσσου τοῦ Κάρητος· ὁ πολίτης Κρυασσεύς.* Atque ita oppidum etiam a Polyaeno dicitur, l. VIII: *Οἱ Κᾶρες οἱ Κρύασσον οἰκοῦντες ἐπιβουλεύοντες Μηλίοις.* Sed apud Plutarchum de vict. mul. scriptum est Cryassa, quo eodem loco haec leguntur: *ὡς οὖν ἧκον οἱ Καρυασσεῖς καλοῦντες αὐτούς.* Nos sic existimamus, initio in illo promontorio, in quo oppidum Crya fuit, oppidum, quod in illo promontorio conderetur, Crya dictum esse ab hocque post promontorium quoque nomen accepisse. Credibile est, oppidum Cryam, quod temporis processu desertum esset, quas id cunque ob causas factum esset, a fugitivis, qui in id convenissent, restitutum esse. Quod autem Cryassum attinet, eam putamus post Gryam conditam esse et in eodem quidem promontorio, a cuius nomine oppidum novum Cryassum sive Cryassam appellarent.

1) Haud dubie *Κοχλίαν* scribendum est. Credibile est, hoc oppidum in colle quodam, qui cochleae speciem haberet, positum fuisse.

2) Locus, quem inter Cochliam et Clydas suspicari licet fuisse, fortasse a librario omissus est. Ptolemaei scriptura est *Λύδαι* aut *Χύδαι*. Is eas abesse quidem decem minutis longitudinis a Crya dicit, sed in eadem latitudinis linea atque hanc positas esse. Qui situs oppidi si verus est, sumendum est, Cryam promontorium aut longe in mare porrigi et perangustum esse aut isthmo committi cum continente, atque in summo promontorio suminius Gryam oppidum situm fuisse, Clydas autem in recessu intimo, qui post promontorium sit vel potius inter hoc promontorium et Pedalium.

3) Quamquam in ea, quae post promontorium Pedalium extenditur, ora fluvius A x u m teste Plinio fuit, ut is tamen hoc loco ne intelligatur, efficitur his additis verbis: *ἐπὶ τοῦ Γλαύκου.* Quod si autem cogitamus, quid

Κυμαρίαν καλουμένην[1] *σταδ. ν΄. Ἀπὸ Κυμαρίας εἰς Πάσαδαν σταδ. ξ΄. Ἀπὸ Πασάδας εἰς Καῦνον*[2] *σταδ. λ΄. Ἀπὸ Καύνων εἰς τὴν Ῥόπουσαν*[3] *σταδ. ιε΄. Ἀπὸ τῆς Ῥοπούσης εἰς τὸ ἀπέναντι*

ad Cymariam, quae dicitur, stadia 50. A Cymaria ad Pasadan stadia 60. A Pasada ad Caunum stadia 30. A Cauno ad Rhodusam stadia 15. A Rhodusa ad oppositum litus ad Leucopagum

ἀγκὼν significet, vix dubitare possumus, quin hoc oppidum, quod Ancon appellatum est, in illo fuerit inflexu, quem in tabulis ad occidentem ab amne Glauco cernimus. Quae sententia etiam cursu octoginta stadiorum confirmari videtur, qui etsi multo brevior eo est, qui singulis singulorum locorum mensuris efficitur, tamen directus cum intelligendus sit, eo navigatio ista confici potuit. Haud dubie iste ancon locum peropportunum ad appellendum habuit, quod effecerat, ut is ad habitandum deligeretur. Quamquam nullum aliud oppidum, quod Ancon appellatum esset, praeter Anconam Picentorum e scriptis veterum novimus, tamen etiam alia oppida sive loca ita appellata esse, quamquam a nemine commemorata, cum ex hoc periplo, in quo solum huius Anconis fit mentio, tum e natura rei concludere licet. De Ancona Picentinorum nobis non alienum visum est addere, quae Procopius rer. goth. lib. II. dixit: *Ὁ δὲ Ἀγκὼν οὗτος πέτρα τίς ἐστιν ἐγγώνιος, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην εἴληφε· ἀγκῶνι γὰρ ἐπὶ πλεῖστον ἐμφερής ἐστιν.*

1) Praeter hunc anonymum nemo huius portus mentionem facit. Cum post semel *Κοῦνος* pro *Καῦνος* scriptum sit, suspicetur quis, hoc quoque loco Caunum intelligendum esse, quod tamen et ordine, quo oppida enumerantur, et stadiorum numero et eo refellitur, quod Caunus portum habuit. Ita sumendum est, oppidum quoddam, Cunum sive Cunos nomine, aliquo ab mari intervallo fuisse, quod ad mare locum quo appellerentur naves haberet. Oppidum autem, quemadmodum diximus, Cunum sive Cunos appellatnm esse, hinc sequitur, quia Graeci non nomen oppidi sed incolas ponere solent, cum quid ad oppidum pertinere dicunt. Cum autem quadraginta stadiis illum panornum Cuniorum a promontorio Pedalio abesse dicatur, estne tamen forte portus urbis Cauni intelligendus?

2) Addendum est *τῶν Κουνίων*. Ceterum nec Cymariae nec Pasadae quisquam scriptorum recordatur. Ubi haec oppida sita fuerint, si non locus ipse, certe regio ordine, quo enumerata sunt, tabulis adhibitis constitui a quovis potest. Pasada (id nomen habet aliquid, quo offendare) fortasse in occidentali Axi ripa sita fuit, ibi, ubi nunc Quingi est.

3) In apographo est *εἰς Κοῦνον* et deinceps *ἀπὸ Καύνων*. De hac urbe haec Strabo scripsit: *εἶτα Καῦνος καὶ ποταμὸς πλησίον βαθὺς, ἔχων εἰσαγωγήν· καὶ μεταξὺ Πίσιλις. Ἔχει δ᾽ ἡ πόλις νεώρια καὶ λιμένα κλειστόν· ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ἐν ὕψει φρούριον, Ἴμβρος. Τῆς δὲ χώρας εὐδαίμονος οὔσης, ἡ πόλις τοῦ θέρους ὁμολογεῖται παρὰ πάντων εἶναι δυςάερος καὶ τοῦ μετοπώρου διὰ τὰ καύματα καὶ τὴν ἀφθονίαν τῶν ὡραίων.* Sic in omnibus est codicibus scriptum. Cum autem non videatur posse dici, urbem esse insalubrem propter abundantiam pomorum, ab editoribus operis Strabonis probata haec, Casauboni coniectura est:

εἰς Λευκόπαγον[1] σταδ. μ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Ῥοπούσης εἰς Σάμον[2] σταδ. ρ'. Ἀπὸ τῆς Σάμου ἐπὶ Ποσείδιον[3] σταδ. ξ'. Ἀπὸ τοῦ Ποσειδίου ἐπὶ τὸν Φάλαρον[4] σταδ. ν'. Ἀπὸ τοῦ Φαλάρου[1] εἰς νῆσον

stadia 40. A Rhodusa ad Samum stadia 100. A Samo ad Posidium stadia 60. A Posidio ad Phalarum stadia 50. A Phalaro

εἶναι δυςάερος καὶ νοσώδης τοῦ μετοπώρου. Ita autem scribi minime necesse est, quandoquidem scriptor cum verbo δυςάερος et insalubritatem urbis et morbos, qui inde nasci solent, cogitatione coniunxit. Atque Eustathii verbis quod Casauboni putant coniecturam confirmari, id non ita esse sed codicum scripturam firmari, ista verba ipsa docebunt: ἔστι δὲ νοσώδης ἡ τοιαύτη, διὰ τὸ τοῦ ἀέρος οὐκ ἀγαθόν, ἐν δὲ θέρει καὶ μετοπώρῳ διὰ τὰ καύματα καὶ τὴν τῶν ὡραίων καρπῶν ἀφθονίαν. Hac occasione data aliam coniecturam refellendam ducimus, quae a Coräe proposita a ceteris probata est. Statim post haec leguntur: Φασὶ δ' αὐτοὺς ὁμογλώττους μὲν εἶναι τοῖς Καρσίν, ἀφῖχθαι δὲ Κρῆτας καὶ χρῆσθαι νόμοις ἰδίοις. Existimant vero viri docti, pro Κρῆτας necessario scribendum esse ἐκ Κρήτης, praesertim cum Strabo Herodotum secutus esse videatur ita dicentem l. l. c. 172: αὐτοὶ (οἱ Καύνιοι) ἐκ Κρήτης φασὶ εἶναι. Illa autem verba hoc modo interpretanda sunt: Man sagt, dass sie zwar mit den Karern gleichsprachig wären, dass sie aber Kreter gewesen, als sie hier angelangt wären u. s. w. hoc est: Ferunt ipsos eodem atque Cares uti sermone, sed advenas fuisse Cretenses.

1) A Plinio haec insula, ut supra pag. 242 vidimus, Rhodussa dicitur, quod haud dubie verum nomen est. Quodsi autem insula Rhodus recte dicitur nomen a rosis duxisse, suspicari quis possit etiam Rhodussam inde appellatam esse, quod esset plena rosarum. Mensura quin recta sit, non est dubitandum, cum Plinius quoque hanc insulam proximam Cauno dicat. In tabulis eam videmus descriptam, sed vix dubium esse potest, quin ea ad occidentale cornu sinus Caunii, quem hodie sinum Kaiguez dicunt, jaceat.

2) Iam nomen declarat, hoc oppidum in colle candido colore situm fuisse. Portus haud dubie infra oppidum in aliquo maris recessu fuit. Cum auctor hunc Leucopagum e regione Rhodussae esse dicat, suspicari licet, eum in inflexu, quem ora facit, situm fuisse.

3) Fortasse ventorum ratio in causa fuit, ut auctor a Leucopago in Rhodussam reverteret et inde Samum pergeret. Sicklerus hoc oppidum Somum scribit: nescimus qua de causa. Nam cum σάμος editum locum significaret, facile factum est, ut oppidum, quod in loco edito conderent, Samus diceretur. Cum Leucopagus a Rhodussa quadraginta stadia abesse dicatur, Samos autem centum, sumendum est, hanc ab illo amplius sexaginta stadiis abesse, cum directo cursu a Rhodussa Samum stadiis centum perveniretur.

1) Constat permulta promontoria apud veteres Graecos dicta esse Posidea sive Posidia. Id vel inde factum est, quod in iis promontoriis, quae longe in mare pertinerent, quasi in iis sedem suam Neptunus collocavisset, templa aut lucos consecraverunt homines antiqui, vel si quod promontorium naves a tempestatibus tueretur, quod in eo Neptunus

Ἐλαοῦσαν καλουμένην[2] σταδ. ν΄. Ἀπὸ τῆς Ἐλαούσης εἰς Ῥόδον σταδ. ρν΄.[3]... ἥτις ποιεῖ ἐπὶ Μαελὸν μὲν σταδ. χ΄,[4] καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Βυζαντίου σταδ. χ΄.[5] Ἐκ Ῥόδου εἰς Ἀλεξάνδρειαν σταδ. ,δφ΄.[6]

ad insulam, Elaeussam appellatam, stadia 50. Ab Elaeussa ad Rhodum stadia 150, quae efficit ad Malum stadia 3800 et ad Sacrum locum apud Byzantium stadia 4800. E Rhodo ad Alexan-

quasi regnare creditus est. Ac quod hoc Posideum attinet, cornu meridianum puto dici illius peninsulae, quae inter sinus, hodie Karaagadi et Marmorice dictos, jacet. Certe hic locus, unde longe prospici in mare potest, maxime adcommodatus templo Neptuni sacro aedificando videri debuit. Atque etiam mensura videtur huic consentanea esse opinioni, si suminus, Samon in illo latere peninsulae fuisse, quod occidentale latus sinus Karaagadensis efficit.

2) Suspicamur, hunc Phalarum, cum is post dicatur non plus quinquaginta stadia ab insula Elaeussa abesse, sub radicibus montis Phoenicis situm fuisse et ibi quidem, ubi illa peninsula maxime ad orientem versus in mare porrecta est. Nomen a φαλήρῳ ducimus, quod verbum et candidum colorem significare constat et a colore collium, in quibus condita erant, multa esse appellata oppida.

3) Apud Strabonem haec insula altero loco Eleûs altero Eleussa dicitur. Tzschuckius et Coräes scripserunt Ἐλαιοῦσσα, quia hoc nomen ab ἐλαίᾳ ducendum est et multarum commune insularum. Quae emendatio hoc apographo nec infirmatur nec confirmatur, cum in eo scriptum sit Ἐλαοῦσα. Sed quamquam de nominis origine dubitandum non est, tamen non etiam usquequaque Ἐλαιοῦς sive Ἐλαιοῦσσα scribendum est; nam homines non erant memores originis nominis. Quod autem Grosskurdius Tzschuckio et Corai exprobrat, quasi hi hanc insulam cum illa, quam supra vidimus in ora Ciliciae iacere, commutassent, in eo iniustus est, nam isti non dicunt, utramque insulam eandem esse, sed idem utriusque nomen. Nunc haec insula Cavaliere dicitur, cum aliquamdiu in potestate equitum Rhodiorum fuerit; nam hi pluribus locis hoc nomen indiderunt, cf. supra de Aphrodisiade.

4) Strabo hanc insulam a Rhodo tantum viginti et centum stadia abesse dicit. Fieri non potuit, ut veteres intervalla maritima eodem modo definirent, cum unus magis secundo vento uti posset quam alter et ab unoquoque intervalla tempore, quo cursus ab ipso confectus erat, definirentur.

5) In apographo est Μαελόν. Non dubitabamus Μαλλὸν scribere. Sine dubio ,γ, ante χ΄ excidit; nam tot stadiorum putari potest cursus usque ad Mallon, cum eadem mensura inter Rhodum et oram Syriacam dicatur esse.

6) Hoc quoque loco prior numerus excidit; is autem videtur δ fuisse. Nam apud Strabonem haec leguntur: Πάλιν δὲ τῆς Καρικῆς παραλίας τῆς μετὰ τὴν Ῥόδον ἀπὸ Ἐλεοῦντος καὶ τῶν Λωρύμων καμπτήρ τις ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἐστὶ, καὶ λοιπὸν ἐπ᾽ εὐθείας ὁ πλοῦς μέχρι τῆς Προποντίδος, ὡς ἂν μεσημβρινήν τινα ποιῶν γραμμὴν ὅσον πεντακισχιλίων σταδίων ἢ μικρὸν ἀπολείπουσαν. Hoc autem sacrum Byzantii, quod a nullo alio scriptore commemoratur, haud dubie ibi fuit, ubi hodie is locus est, quod cornu

Ἐκ Ῥόδου[1] *εἰς Ἀσκάλωνα*[2] *σταδ. ͵γχ΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Καισάρειαν*[3] *σταδ. ͵γχ΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Βηρυτὸν*[4] *σταδ. ͵γχ΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Σιδόνα*[5]

driam stadia 3600. E Rhodo ad Ascalona stadia 3600. E Rhodo ad Caesaream stadia 3600. E Rhodo ad Berytum stadia 3800. E Rhodo

palatii Seragliensis dicunt. Nam constat, vetus Byzantium eum occupavisse locum, in quo hodie domus imperatoris Turcarum est. Atque isto loco, in quo dixi fuisse sacrum Byzantii, non potuit ullus ad id consecrandum accommodatior esse. Haud dubie in vicinia eius portus fuit, qui videtur idem esse, quo hodie ad palatium Seragliense vehuntur.

6) Cum hac mensura fere prorsus Agathemerus consentit, qui ab Alexandria ad Lindum Rhodi stadia esse dicit MMMMD. Clarkio teste (Clarke's travels vol. II, p. 416) Lindus a Rhodo abest viginti millia passuum, quae sunt ipsa stadia ducenta et his maior est mensura Agathemeri, cuius verba illustrantur his Strabonis verbis: *Ἔστι δὲ πρώτη μὲν Λίνδος ἀπὸ τῆς πόλεως πλέουσιν ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν νῆσον, πόλις ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη, πολὺ πρὸς μεσημβρίαν ἀνατείνουσα καὶ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν μάλιστα.* Plinius hos habet numeros: Distat Rhodus ab Alexandria Aegypti DLXXVIII millia, ut Isidorus tradit (haec sunt autem MMMMDCXXIV stadia), ut Eratosthenes, CCCCLXIX, ut Mucianus, D.

1) Ex toto hoc loco intelligere licet, quo maxime Rhodii mercaturae causa navigaverint. Ac fortasse etiam hoc suspicari licet, auctorem peripli si non Rhodium fuisse at certe in ista urbe diu esse moratum. Duo autem praeterea commemoranda duco, primum a scriptore intervalla inter urbem Rhodum et urbes maritimas Syriae, quae ipsae maioribus minoribusve inter se spatiis abfuerunt, eadem dici esse, deinde eum non ordinem certum aut a septentrione ad meridiem aut contra sequi, sed modo hanc modo illam dicere urbem. Prioris rei probabilis potest ratio reddi, nam statuendum est, non iuxta oram Syriae peripli auctorem, sed Cyprum insulam a meridie (nam a septentrione id videtur non factum esse) circumvectum directo cursu ad urbes, quae enumerantur, navigavisse ad easque appulisse. Altera res vel fortuito vel dignitatis aut mercaturae urbium habita ratione facta esse videtur.

2) In apographo est *Καλῶνα.* Quamquam parvum hoc oppidum Strabo dicit et non habens portum, tamen quoniam regio Ascalonitarum genere quodam caeparum, quae in maxime longinquas terras exportabantur, excellebat, fiebat haud dubie, ut mercatores Rhodii creberrime illuc ad caepas petendas commearent. Nam etiamsi urbs non portum, tamen opportunum locum habuit, quo navigia adpellerent.

3) In apographo est *Κερασίαν.* Debebamus emendare *Καισάρειαν.* Quum hanc urbem sciamus ab Herode primo conditam esse (nam antea castellum modo fuit dictaque est t u r r i s S t r a t o n i s) ab eoque in honorem imperatoris Augusti C a e s a r e a m appellatam, ex hac tamen re coniectura de aetate, ad quam hic periplus pertineat, non potest fieri.

4) Iam Scylax hanc urbem portum habere dicit. Id etiamnunc satis celebre oppidum est, B e i r u t dictum. A Byblo abfuit quinque et viginti millia passuum. Monendum puto esse, quamquam Berytus bellis Syriacis a

σταδ. ,γχ. Ἐκ Ῥόδου εἰς Βύβλον[1] σταδ. ,γχ΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Τρίπολιν[2] σταδ. ,γη΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Σελεύκειαν σταδ. ,γχ΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Κιλικίαν[3] σταδ. ,αφ΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Κώρυκον σταδ. ,α. Ἐκ Ῥόδου δὲ ἐπὶ τὴν Κύπρον ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν τὴν ἐπ' ἀνατολὰς τοῦ κριοῦ οὐριωτάτου ζεφύρῳ[4] σταδ. ,βω΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Πάταρα[5] σταδ. ψ΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Καῦνον σταδ. υν΄.

ad Sidonem 3600. E Rhodo ad Byblon stadia 3600. E Rhodo ad Seleuceam stadia 3600. E Rhodo in Ciliciam stadia 1400. E Rhodo ad Corycum 1000. E Rhodo in Cyprum ad ortum arietis maxime secundo Zephyro stadia 2800. E Rhodo ad Patara stadia 700. E Rhodo ad Caunon stadia 450. E Rhodo in insulam Rhodussam sta-

Tryphone diruta, ab Agrippa restituta et colonia romana facta est appellataque Felix Iulia, tamen eam rem ab hoc scriptore nomine adhibito novo non esse indicatam.

5) Sidon duplici fuit portu instructa et interno, in quo hibernabant naves, et externo, quo tantum appellebatur; nunc autem uterque arena accumulata corruptus est. Ad Berytum sunt stadia centum quadraginta.

1) Hodie Esbile sive Dschibile dicitur. In colle sita fuit et aliquo a mari spatio, ita ut a loco appellendi disiuncta esset.

2) Non est quod de ortu urbis et nominis quidquam dicamus. Quae quamquam nunc a mari arenae collibus separata est, tamen quin olim ad mare ipsum pertinuerit non debet dubitari. Eius portum Phocas capite quarto ut eximium laudat et ipsa in numo quodam, quamquam is e Caracallae aetate est, ναυαρχὶς appellata est id est magnam mari mercaturam faciens. Hodie portus, qui olim clausus erat, apertus quidem est, sed duabus insulis parvis prae eo iacentibus a tempestatibus defensus.

3) De Seleucia vide supra. — Cum intervallum inter Rhodum atque Ciliciam plus duobus millibus brevius dicatur esse quam inter illam insulam et maritimas urbes Syriae, non videtur dubitandum esse, quin finis Ciliciae, qui ad occidentem est, intelligendus sit. Mensura non videtur a librario corrupta. Quod si ita est, nec Corycus, quae statim commemoratur, ea potest intelligenda esse, quae in promontorio cognomini sita est, sed illa, ut mihi quidem videtur, quam supra demonstratum est admodum prope ab Attalia urbe fuisse positam.

5) Quae horum verborum sententia sit facile intellectu est, tametsi integra scriptoris verba non habemus. Consulto nihil corrigebamus. Stadiasmus vero haud dubie rectus est, cum etiam Strabo dicat, ab Acamante promontorio Cyprio usque ad insulas Chelidonias cursum esse circiter mille nongentorum stadiorum, ad quem numerum si alia mille quingenta stadia addimus, quibus idem Strabo a promontorio Chelidonio ad insulam Rhodum cursum confici dicit, maiorem quidem mensuram, quam quae in periplo est, habemus, sed tenendum est, alteram mensuram stadiorum mille quingentorum eo valde diminui, si directo a promontorio Chelidonio cursus fit in Rhodum insulam: nam in periplis cursus directi discernuntur ab eis, quibus appellitur.

Ἐκ Ῥόδου ἐπὶ νῆσον Ῥόπουσαν σταδ. τν΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Φύσκον [1] σταδ. υν΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Ἄγνην [2] σταδ. τν΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς

dia 350. E Rhodo ad Physcum stadia 450. E Rhodo ad Agnen sta-

1) Et hic stadiorum numerus et qui antecedunt recti habendi sunt. Strabo Physcum oppidulum portum et lucum Latonae habere dicit. Apud Ptolemaeum scriptum est: *Φοῦσκα*. Quod Sicklerus dixit hoc oppidum a Stephano Physciam dici, de ea re vehementer dubitari potest. Haec autem sunt Stephani verba: *Φυσκία, πόλις Λυκίας, ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένη· Τὸ ἐθνικὸν Φύσκιος*. Primum nomen differt, deinde Physcia dicitur oppidum Lyciae (quod quamquam praeter Stephanum nemo neque in Lycia neque in ulla alia terra commemorat, tamen eo non efficitur, aut Physciam non fuisse oppidum Lyciae aut eam oportere idem oppidum atque Physcum esse) tum statim post hoc nomen haec apud Stephanum leguntur: *Φύσκος, πόλις Λοκρίδος, ἀπὸ Φύσκου τοῦ Αἰτωλοῦ, Ἀμφικτύονος, τοῦ Δευκαλίωνος. Ἔστι καὶ ἑτέρα Φύσκος τῆς Καρίας*. Videmus igitur, hanc nostram Physcum benè notam Stephano fuisse.

2) Quae haec Agne sit aut ubi sita, a nullo scriptore traditur. Mensura vetat ullum locum intelligi, qui in promontorio Cynossemate fuerit. Nec vero etiam auctor peripli intra sinum doridem navigavisse potest, cum ab eo omnino nullius loci, qui ad eum situs esset, mentio fiat. Quibus de causis existimamus, insulam Symen intelligi debere. Mirum enim sane esset, cum in hoc periplo omnes circa Rhodum insulae commemorentur, Symen, tam nobilem insulam, non esse commemoratam. Ac cum statim post Cnidus commemoretur, aliqua ratione sententiam nostram illa Plinii verba firmant, V, c. 21: Et eodem tractu (circa Rhodum) media inter Rhodum Cnidumque Sime. Cingitur XXXVII millibus passuum (paullo plus septem milliaria germanica). Portus benigne praebet octo. Et huc quoque Strabonis verba pertinent, XIV, p. 666: *Μετὰ δ' οὖν τὰ Λώρυμα τὸ Κυνὸς σῆμα ἐστι καὶ Σύμη νῆσος*. Denique etiam numerus stadiorum, id quod proposuimus, confirmat. Nam cum tum Cnidus a Rhodo quinquaginta stadia abesse dicatur cumque Syme media inter Cnidum Rhodumque iaceat, navigans autem non directo cursu in Symen versus, sed ante ad septentrionem ac tum illuc cursum teneret portusque Symes ad septentrionem esset, iure intervallum CCCL stadiorum statui videtur. Atque in his omnibus rebus forsitan nobis multi assentiantur, sed iidem obiicient nobis, Symen a nullo scriptore Agnen dici. Quod cum concedamus, ut concedendum est, tamen eo opinionem nostram confutari negamus, nam infra saepius docebimus, quasdam insulas ab hoc striptore iis nominibus appellari, quae a nemine alio commemorantur. An est forte *Αἴγλην* scribendum? quod nomen Stephano teste Syme habuit. *Σύμη*, inquit, *νῆσος Καρική, ὡς Στράβων ιδ΄, καὶ πόλις ὁμώνυμος· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Σύμης τοῦ Ἰαλύσου. Καὶ πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Μεταποντὶς, εἶτα Αἴγλη*. De quo utroque nomine pauca dicenda videntur. *Ποντὶς* a verbo *πόντος* ducendum femininique esse generis, vix est quod dicamus. Id autem vocabulum duplici modo explicari debet (quod ni esset, verba ab eo

Κνίδον[1] σταδ. ψν'. Ἐκ Ῥόδου εἰς Νήσυρον[2] σταδ. ωκ'. Ἐκ Ῥό-

dia 350. E Rhodo ad Cnidum stadia 750. E Rhodo ad Nesyrum sta-

ducta explicari non possent;) potest enim ποντὶς significare: quae (quidquid vis intelligi) ad mare pertinet, velut illud mare, Propontis dictum, hinc hoc nomen accepit, quod ante pontum (is est autem pontus euxinus) est, nam verbum λίμνη suppleri debet, quia veteres eas paludes dicere solebant, quae a nobis fere Meere dicuntur. Potest vero ποντὶς etiam significare, quae in mari est, ita ut omnis insula sic appellari possit. Cum igitur a Rhodo Cariam circumvehentibus prima post Rhodum, ipsam insulam, insula Syme esset, eam Rhodii habita ratione vocaverunt μεταποντίδα id est νῆσον; nisi aliud mare, in quo Syme iaceret, statuendum est. Nomen autem Αἴγλη credibile est idcirco insulae datum esse, quia annavigantibus solis splendore illuminata esse videbatur. Atque hoc ipso nomine ad alteram aliquam coniecturam ductus sum, ut putem, Ἁγνὴν scribendum esse idque verbum interpretandum lichtrein.

1) De hac urbe haec apud Strabonem sunt, lib. XIV, p. 656: Εἶτα Κνίδος, δύο λιμένας ἔχουσα, ὧν τὸν ἕτερον κλειστὸν τριηρικὸν καὶ ναύσταθμον, ναυσὶν εἴκοσι. Πρόκειται δ' ἡ νῆσος ἑπτὰ σταδιός πως τὴν περίμετρον, ὑψηλή, θεατροειδής, συναπτομένη χώμασι πρὸς τὴν ἤπειρον καὶ ποιοῦσα δίπολιν τρόπον τινὰ τὴν Κνίδον· πολὺ γὰρ μέρος αὐτῆς οἰκεῖ τὴν νῆσον, σκεπάζουσαν ἀμφοτέρους τοὺς λιμένας. Κατ' αὐτὴν ἐστὶν Νίσυρος πελαγία. Hac occasione data nostrum putamus, docere, promontorium, quod a veteribus Triopium dicebatur, minime id esse, quod hodie Krio dicitur, quamquam ita apud omnes est geographos scriptum. Hoc autem cum facile e Strabonis verbis licet concludi, tum a Beaufortio, viro ingenio doctrinaque praestantissimo, significatum est. Is p. 81 de vetere Cnido haec scripsit: „Promontorium Krio alta peninsula est isthmo sabuli cum continente commissa; hanc Strabo testatur insulam fuisse, mole cum urbe Cnido iunctam. In utroque isthmi (quae est illa moles intelligenda) latere portus est, manu factus, quorum minor (is ad septentrionem spectat) perangustum inter altas moles lapidum habet; aditum fuitque sine dubio is portus clausus, cuius Strabo recordatur, in quo triremes stationem habebant. Meridianum portum, qui illo multo amplior fuit, effecerunt Cnidii duabus sibi oppositis molibus lapidum, quae in mare ad centum pedes ductae sunt: earum altera est fere integra pristinoque statu, altera, magis quam haec fluctibus inter occasum meridiemque accedentibus exposita, tantum sub mari conspici potest. — Paucae areae urbium antiquarum magis pristinam testantur magnificentiam quam area Cnidi multoque fortasse pauciores insanum istud studium barbariae, eorum quae sunt destruendorum. Tota area urbis nunc plena est aedificiorum dirutorum, inter quae vicos portasque cernere licet porticusque theatraque. Ex Herodoto apparet, Triopium peninsulam fuisse, cumque isthmus tantum quinque esset stadiorum, Cnidios suam urbem conatos esse insulam facere, quo melius Harpago, qui exercitu adveniebat, obsisti posset. Verum hoc parvae peninsulae Triopio (nam maior pars urbis in continente fuit,) consentaneum non est: suspicor, sinus Coicum et Symaeum [quorum

ille Ceramicus, hic Doridis sive Thymnias a veteribus dicebatur] aliquo sibi loco ita propinquos esse, ut spatium, quo uterque inter se disiunctus sit, non maius quam, ut Herodotus dicit, quinque stadiorum sit: et haec mea coniectura visa mihi est dorso montis confirmari, quod e longinquo prospiciebam." Ac profecto nihil hac Beaufortiana coniectura verius esse potest. Nam promontorium, quod hodie Krio dicitur, id non est Triopium veterum, sed illa ipsa parva insula, quam mole cum continente commissam esse apud Strabonem legimus; ista autem moles, cuius Morritius Anglus (cf. Clarke's trav. vol, III, p. 273) arcum restare dicit, eodem teste partim lapidibus delapsis partim alluvione sabuli isthmus fere septuaginta cubitorum facta est. Quocirca illa extrema peninsulae pars quondam promontorium vocata est Triopium, quod etsi nomen a Triope quodam ducitur, tamen non dubitamus quin trianguli formam significet, quam illud quasi propter tria cornua, unde in longinquum prospicit, habere videtur. Atque ut ad rem ipsam redeamus, quae Beaufortius de brevi dorso montis locutus est, ea videntur praeclare his Herodoti verbis confirmari: *Οἰκέουσι δὲ καὶ ἄλλοι καὶ Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κνίδιοι, τῆς χώρης τῆς σφετέρης τετραμμένης ἐς πόντον, τὸ δὴ Τριόπιον καλέεται. ἀργμένης δὲ ἐκ τῆς χερσονήσου τῆς Βυβασσίης, ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης πλὴν ὀλίγης, περιῤῥόου·) τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς βορῆν ἄνεμον ὁ Κεραμεικὸς κόλπος ἀπείργει· τὰ δὲ πρὸς νότον ἡ κατὰ Σύμην τε καὶ Ῥόδον] θάλασσα·) τὸ ὦν δὴ ὀλίγον τοῦτο, ἐὸν ὅσον τε ἐπὶ πέντε στάδια, ὤρυσσον οἱ Κνίδιοι, ἐν ὅσῳ Ἅρπαγος τὴν Ιωνίην κατεστρέφετο, βουλόμενοι νῆσον τὴν χώρην ποιῆσαι. ἐντὸς δὲ πᾶσά σφι ἐγένετο· τῇ γὰρ ἡ Κνιδίη χώρη ἐς τὴν ἤπειρον τελευτᾷ, ταύτῃ ὁ ἰσθμός ἐστι τὸν ὤρυσσον. Καὶ δὴ πολλῇ χειρί τε ἐργαζομένων τῶν Κνιδίων μᾶλλον γάρ τι καὶ θειότερον ἐφαίνοντο τιτρώσκεσθαι οἱ ἐργαζόμενοι τοῦ οἰκότος τά τε ἄλλα τοῦ σώματος καὶ μάλιστα τὰ περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, θραυομένης τῆς πέτρης, ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους ἐπειρησομένους τὸ ἀντίξοον.* Descriptiones veteris urbis, quae et in Beaufortii libro et Clarkii sunt, cum intuemur, intelligimus, quo modo coniunctione insulae continentisque non modo duo portus, sed etiam ii longe opportunissimi commodissimique facti sint. Haec autem coniunctio postquam facta esset, moenia urbis ita protulerunt Cnidii, ut illis portus quoque includerentur; sed ex reliquiis urbis plane intelligimus, urbem ipsam in continente id est in promontorio Triopio fuisse; nam quamquam etiam in insula habitatum est, tamen nec ullae reliquiae videntur in ea reperiri (certe nec Beaufortius nec Morritius id indicant) nec ipsa propter montes rupesque, quibus constat, videtur ad habitandum valde fuisse accommodata. Fortasse baiuli et fabri, qui de portibus vivebant, in insula habitaverunt. Ut igitur repetamus, quod iam saepius diximus, insula, initio mole, manu facta, nunc isthmo cum continente coniuncta, nunc cap Krio dicitur (quod tamen nomen non e vetere nomine Triopio ducendum est, sed a *κρίῳ*, quia haec insula quasi quodam modo capitis arietis similis esse videtur) Triopium autem illa extrema pars peninsulae vocatum est, quae pluribus cornibus in mare prominet. Ceterum Agathemerus tantum septingenta stadia a Rhodo Cnidum esse dicit, sed cum hoc, ut ipse docet, minimum, quod statuatur, intervallum sit, de hac peripli mensura omnino dubitandum non est.

2) In apographo est *Μήσυρος*

δου εἰς Τῖλον[1] σταδ. φν'. Ἀπὸ Λεπαταλέων[2] ἐπὶ τὸ Ποσείδιον

dia 820. E Rhodo ad Tilum stadia 550. A Lepataleis ad Posidium

pro quo *Νήσυρον* scripsimus. Apud Strabonem plerique codices videntur scripturam *Νήσυρος* tueri, quamquam a Tzschuckio *Νίσυρος* receptum est. Etiam codices Apollodori et Stephani videntur non *Νίσυρον*, sed *Νήσυρον* habere, quamquam ab utriusque scriptoris editoribus propterea *Νίσυρος* scriptum est, quod haec scriptura et in iliade β', 676 est, et apud Herodotum, lib. VII. c. 97. Nescimus, utroque loco *Νίσυρος* unicane scriptura sit an etiam in aliquibus codicibus *Νήσυρος* legatur. Ut autem cunque hoc est, negare non debebant viri docti, a veteribus *Νήσυρος* esse dictum, sed statuendum potius est, scriptum esse et *Νίσυρος* et *Νήσυρος*, cum in loquendo literae η et ι non ita distincte pronuntiari solerent. Nec potuisset, nisi *Νήσυρος* etiam usitatum esset, haec etymologia verbi proponi, quae est apud Eustathium ad Dionys. Perieg. V. 525: *Ἡ Νίσυρος, ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται, οὕτω καλουμένη ἀπὸ τοῦ νέω* (nato) *καὶ τοῦ σύρω, διότι ἀποκοπεῖσα τῆς νήσου τῆς Κῶ τῇ τοῦ Ποσειδῶνος τριαινῃ ἐπεσύρη τῷ γίγαντι Πολυβώτῃ νέοντι, ὅ ἐστιν οἰχομένῳ*. Eam autem insulam Plinius a Gnido duodecim millia passuum, quae sunt stadia sex et nonaginta, distare dicit, e quo intelligimus, mensuram, quae in periplo est, integram esse. Fuit opinio antiquis temporibus, ut e Strabone Plinioque discimus, Nisyron a Coo vi fluctuum abruptam esse, quod, cum utraque insula inter se sexaginta stadiis distent, non adeo probabile videretur, nisi insula parva, hodie Yali dicta, (pristinum nomen nos certe non novimus) ita media inter Nisyron Coumque iaceret, ut haec quoque fragmentum illius quondam integrae insulae videri posset, quo hoc accedit, ut plures alii scopuli ita in vicinia harum insularum siti sint, ut hi quoque partes videantur esse pristinae magnae insulae. Sed haec disceptatio est geologorum.

1) Haec mensura praeclare Strabone confirmatur, qui Telum a Chalcia autem Carpathum quadringenta. Nec dissentit Agathemerus haec dicens: *Ἀπ' Ἀλεξανδρείας εἰς Λίνδον Ῥόδου στάδια ͵δφ'. Ἐπὶ τὸ Θοάντιον δεξιὸν παραπλέοντι Ῥόδου στάδια ν'. Ἐπὶ Τῆλον στάδια φϛ'.* Quamquam numerus Agathemeri paulo maior quam huius scriptoris existimandus est, cum ille a Thoantio in Telon stadia colligat. Nam cum Thoantium, ut Strabo ait, inter urbes Rhodum Jalysumque, quae eodem teste octoginta inter se stadiis distant, situm fuerit, numerus φϛ' circiter quadraginta stadiis augendus est. Hoc tamen significandum putamus, hoc loco Agathemerum maioribus mensuris uti, ut contra statim post minores ab eo referuntur.

2) Hoc nomen integrumme sit an non sit, aut ubi is locus, qui eo significatur, quaerendus sit, difficile ad statuendum est. Cum tamen in insula Rhodo nec oppidum Lepataleae sit nec, si esset, stadia ab eo numerarentur, cumque etiam non insula aliqua intelligi possit (nam hoc si esset, a Rhodo in eam stadia scripsisset auctor peripli), existimamus, Lepatalea sive Lepataleas nomen si minus unici (nam insula, ut infra intelligetur, satis magno est ambitu), at certe maximi oppidi insulae Teli fuisse, quod videtur etiam portum habuisse, quem Strabo his verbis X, p. 480 commemorat: *ἡ δὲ Τῆλος ἐκτέτα-*

τὸ Κάρμασον σταδ. υκ'. Ἐκ Ῥόδου εἰς τὴν Κῶ σταδ. ων'.[1] Ἐκ

Carpathium stadia 500. E Rhodo in Coa stadia 850. E Rhodo

ται παρὰ Κνιδίαν μακρά, ὑψηλή, στένη, τὴν περίμετρον ὅσον ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα σταδίων, ἔχουσα ὕφορμον. Ac nostra sententia confirmatur intervallo, quod inter hoc et sequens oppidum esse dicitur. Nec enim dubitari potest, quin pro *Κάρμασον* *Καρπάθιον* scribendum sit, propterea quod inter quattuor oppida insulae Carpathi etiam Posidium fuit, et quidem ad septentrionem positum: ex hocque Posidii situ etiam situs Lepatalearum constituitur, quae sine dubio in meridionali Teli litore fuerunt. Inter Telum autem Carpathumque fere quod hic scriptum est intervallum intercedit. Conferantur haec verba Strabonis X, p. 498: ἡ δὲ Χαλκία (haec est media inter Telum Carpathumque) τῆς Τήλου διέχει σταδίους ὀγδοήκοντα, Καρπάθου δὲ τεσσαρακοσίους. Uterque igitur geographus tantum quadraginta stadiis id est integro milliario germanico differt. Denique ut confirmaremus omni modo emendationem nostram, haec Stephani verba transscripsimus: Κάρπαθος, νῆσος πλησίον τῆς Κρήτης. Διονύσιος· Κάρπαθος αὖθ' ἑτέρωθι ποτὶ ζόφον· ἐγγύθι δ' αὐτῆς Κρήτη τιμήεσσα· Ὁ οἰκήτωρ Καρπάθιος καὶ Καρπαθία καὶ Καρπάθιον.

1) Hic stadiorum numerus etiam Agathemero confirmatur dicenti, a Rhodo Cnidum urbem esse stadia septingenta et a Cnido ad insulam Coum ducenta. Sic enim Agathemeri verba intelligenda sunt, non, quemadmodum a Kuestero quodam, qui de insula Co quaedam conscripsit conscriptaque Halis Saxonum anno MDCCCXXII edidit, factum est, qui putavit, Agathemero auctore Rhodum a Co tantum stadia abesse ducenta. Hoc tamen addimus, Agathemerum etiam aliam et eam maiorem distantiam Rhodi afferre et Coi. Iam supra demonstravimus, ab eo Telum plus sexcentis stadiis a Rhodo urbe dirimi. Quo cum addat, a Telo ad Lacterem, meridionale promontorium Coi, stadia esse viginti et trecenta, iam plus nongenta stadia habemus, qui numerus eo etiam augetur, quod illo loco Agathemerus ad Lacterem tantum, non ad Coum ipsam, positam in septentrionali insulae parte, stadia computat. Sed de hac stadiorum mensura idem statuendum, quod supra significavimus. Nostrum putamus, hanc opinionem refellere, quae fere nostrae aetatis geographorum communis est, insulam a verbo κῶς nomen accepisse, cum veteribus similis esse pelli ovili visa esset, ac posthac idem nomen urbi quoque esse tributum, quod posterius Straboni quoque ita videtur esse, qui libr. XIV, p. 657 haec dicit: Ἡ δὲ τῶν Κῴων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Ἀστυπάλαια καὶ ᾤκεῖτο ἐν ἄλλῳ τόπῳ ὁμοίως ἐπὶ θαλάττῃ· ἔπειτα διὰ στάσιν μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν περὶ τὸ Σκανδάριον καὶ μετωνόμασαν Κῶν ὁμωνύμως τῇ νήσῳ. Sed in eo nobis Strabo falsus esse videtur; nam cum nova urbs mox divitiis opibusque floreret, ab hac tota insula appellata est. Antiquum autem oppidum initio ἄστυ dictum est, cum agris esset oppositum, ut Athenae κατ' ἐξοχὴν astu dici solitae sunt, quia haec urbs prima omnium atticarum fuit; sed idem etiam vel in aliis terris vel in insulis factum est, ut, quae primae conderentur urbes, ἄστεα appellarentur. Cum igitur post urbs nova Cos conderetur, vetus Ἀστυπάλαια dici coepta est, quod in compluribus aliis urbi-

bus factum esse modo diximus, sed hoc nomen Ἀστυπάλαια quo modo explicandum esset, miror neminem adhuc vidisse, cum omnes dicant, oportere ἄστυ initio feminini fuerit generis verbum, cum compositum fuerit cum παλαιά. Vel per se quam hoc incredibile sit, nolo demonstrare, sed dicam potius, quid hac de re sentiam. Iam dixi, si qua in terra vel insula primum homines in urbem se congregavissent, eam urbem, quippe dispersis per agros domiciliis oppositam, a Graecis ἄστυ (quoquo modo hoc verbum explicandum est) esse appellatam. Hinc autem factum est, ut ἄστυ tanquam pro nomine proprio, urbibus dato, haberent: quod cum esset, si, nova urbe condita, hanc a vetere discernere volebant, veterem Ἀστυπάλαιαν vocarunt, ad ἄστυ, quod modo diximus tanquam pro nomine proprio habitum esse, verbum πόλιν supplentes; πόλιν autem scimus Graecos ad pleraque nomina urbium supplesse, unde illa, quamquam proprie sive masculini sunt sive neutrius generis, tamen ut feminina struuntur. Astypalaea igitur non significat, quemadmodum interpretari solent, veterem urbem id est Altstadt, sed veterem urbem Astu id est die alte Astustadt id est die alte Stadtstadt. Ut vero ad nomen Κῶς revertamur, id non a κῶς ducendum esse, videtur praeter eam causam, quam diximus, cum ex ea ratione, qua flectitur, tum ex eo concludi debere, quod Plinius, V, 23, in Calymna quoque insula oppidum Coum commemorat: quod cum vix statuere liceat a Cois esse conditum, intelligitur, Κῶς, quidquid est, aliquid significavisse, quod quin omnino nihil cum pelle ovili commune habuerit, nos certe non dubitamus. — Hodie Coum insulam S t a n k o dici notum est, non item, quo modo id nomen ortum sit. Apud posteriores igitur Graecos exempli gratia εἰς τὴν Κῶ non modo i n C o u m (nach Kos) sed etiam i n C o (auf Kos) significabat, quae verba cum Turcae semper audirent nec tamen, quae vere esset eorum sententia, scirent, Coum vocabant I s t a n c o aut S t a n k o, nam εἰς propter celeritatem loquendi sonabat ut στ, et τὴν videntur Graeci posteriores non ut nunc, tim', sed tam pronuntiavisse. Hinc etiam factum est, ut Constantinopolis a Turcis Istamboli vel etiam omissa litera i Stampoli vocetur, nam a Graecis semper εἰς τὴν πόλιν (istampolin) audiebant: nam illi Constantinopolin κατ' ἐξοχὴν πόλιν dicebant. Ut hoc addamus, hodie quoque Graeci εἰς cum accusativo pro ἐν dicunt. Eodem modo Lemnos mutatum est in S t a l i m e n e, quod proprie est εἰς τὴν Λῆμνον, id est s t a l i m n o, quod iterum corruptum est in Stalimene. Non verba fecissemus hac de re, si non Leakius in libro inscripto Journal of a tour in Asia minor cet. Lond. 1824. p. 4 hanc rem prorsus aliter et, ut nobis quidem videtur, prorsus falso explicavisset. De Co insula cum semel mentionem fecerim, dicendum puto, quid existimem de his Strabonis verbis, XVI, 657: Ἑξῆς ἐστιν ἄκρα Τερμέριον Μυνδίων, καθ' ἣν ἀντίκειται τῆς Κῴας ἄκρα Σκανδαρία, διέχουσα τῆς ἠπείρου σταδίους τετταράκοντα· ἔστι δὲ καὶ χωρίον Τέρμερον ὑπὲρ τῆς Κῴας. Coniecerat iam Palmerius, pro ὑπὲρ τῆς Κῴας scribendum esse ὑπὲρ τῆς ἄκρας intelligendumque promontorium Termerion: incredibile enim esse, et insulam et continentem suum habuisse Termeron, praesertim cum promontorium a Termero castello nomen acceperit. In quo ei prorsus assentitur Groskurdius, eius coniecturam interpretatus. Idem addit, quod Guarinus et Koraes ad Κῴας supplerent ἄκρας, (quam Scandariam intelligunt, nam putant, Ter-

Ῥόδου εἰς τὴν Χίον σταδ. ‚γ. Ἐκ Ῥόδου εἰς Μύνδον[1] *σταδ. ϙ*

in Chium stadia 3000. E Rhodo Myndum stadia 1000. E Rhodo

merum in hoc promontorio situm fuisse,) id propterea fieri non posse, quod modo Strabo *Κῴας* ita dixisset, ut *νήσου* supplendum esset. Atque ego quoque nego, ad *Κῴας* posse *ἄκρας* suppleri. Nec necesse est id fieri, cum verbis *ὑπὲρ τῆς Κῴας* satis significetur, extremam intelligendam esse insulam. Nam *ὑπὲρ* duplici modo dicitur: si dicitur *ὑπὲρ τῆς ἄκρας*, haec verba significant: supra promontorium, ut ita dicam, retro a mari; sin, veluti hoc loco, *ὑπὲρ τῆς νήσου*, sententia est: in extrema insula: quae si promontorium habet, id intelligendum est. Atque eodem modo Agathemerus Coum *Κῴαν* dicit: *ἐπὶ Λεκτῆρα τῆς Κῴας* et *ἐπὶ Δρέπανον Κῴας*. Quod vero Groskurdius asseverat, Termeron, a quo sine dubio etiam nomen Termerion ductum sit, in continente oportere situm fuisse, id is etiam Plinio confirmari putat et Stephano, quorum alter haec dicit, h. n. V, 29: Inde Myndos et ubi fuit Palaemyndus, Nariandrus, Neapolis, Caryanda, Termera libera, Bargyla et a quo sinus Iasius, oppidum Iasus; alter alio loco haec: *Τέρμερα, πόλις Λυκίας κ. τ. λ.* alio haec: *Τέρμερα, πόλις Καρίας κ. τ. λ.* Groskurdius editoribus Stephani in hoc assentitur, utroque loco idem oppidum dici et idem quidem, quod Plinius dicat. Alterum concedimus, Stephani Telmeram eandem atque Plinii Termeram esse, (nam constat, ρ saepe pronunciationis molliendae causa in λ mutatum esse, veluti et Termessus et Telmessus dicebatur) non item alterum, non fuisse oppidum Lyciae, nomine Termeram, etsi id a nemine praeter Stephanum memoratur; nam Termeron sive Telmeron, (Plinii Termera ut fit e Graecorum neutro pluralis orta est) certum quiddam significavit eamque ob rem plurium fuit urbium nomen. Sed ut ad rem ipsam accedamus, in eo Groskurdius aliique plane falsi sunt, quod hoc Termeron, quod Strabo commemoravit, idem putaverunt esse atque Plinii Termeram liberam, quippe quam, ut ordo, quo a Plinio urbes commemoratae sunt, docet, oporteat multo magis ad septentrionem et in altero quidem illius peninsulae, quae ad meridiem Termerio finitur, sitam esse latere, sed nobis mirum semper visum est, cur viri eruditi statuissent, in promontorio Termerio locum sive castellum, nomine Termerum, fuisse, cum id neque a Strabone, quem vidimus promontorium quidem Termerion referre, neque a quoquam vetere geographo dicatur. Nec tamen id ita disputamus, ac si non, ut in insula, ita in continente Termerum quondam esse potuerit; nam in continente oppidum Termeron fuisse, testatur promontorii nomen, et insulae Termerum ipsis a Strabone verbis indicatur.

1) De situ veteris Myndi eruditi inter se dissentiunt, quippe cum eam quidam urbem ibi, ubi est Halicarnassus, de qua post dicetur, alii ibi, ubi hodie Mendes sive Mendesh, in quo nomine antiquum falso agnoscunt, positam fuisse putent. Quos utrosque errare, iam docebitur a nobis. Ac primum quidem sic apud Strabonem est: *Ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῆς ἠπείρου κατὰ τὴν Μυνδίαν Ἀστυπάλαιά ἐστιν ἄκρα καὶ Ζεφύριον· εἶτ' εὐθὺς ἡ Μύνδος, λιμένα ἔχουσα καὶ μετὰ ταύτην Βαργύλια καὶ αὕτη πόλις· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρύανδα λιμὴν καὶ νῆσος, ὁμώνυμος ταύτῃ, ἣν ᾤκουν*

οἱ Καρυανδεῖς. Beaufortius autem (cf. p. 110) haec refert, promontorium, nomine Karabaghla, (Beaufortius videtur tantum vetus Termerium significare voluisse, quamquam non hoc promontorium solum, sed tota illa pars peninsulae supra Coum in mare porrecta ab incolis istarum terrarum Karabaghla dicitur,) ubi circumvectus sit, aliud sibi, arena constans, occurrisse, atque inde cum septentrionem versus procederet, duo vicos fuisse, nominibus Kady Kalassy et Gumishlu, quibus a se ambobus reliquiae antiquorum aedificorum essent repertae. Ac priorem locum videri veterem Myndum propterea esse, quod Strabo testetur, statim ultra Zephyrium (quo, ut ipsius opinio ferat, illud promontorium arenae, quod modo commemoraverit, significari,) progredienti Myndum occurrere, sed persuasum sibi esse, vicum Gumishlu pro Myndo habendum esse, quia hanc urbem Strabo dicat portum habere, (quod idem Scylax ait,) quo, proprie sic dicto, vicus Kady Kalassy careat, sed eo quondam vicum Gumishlu instructum fuisse, inde appareat atque extet, quod etiamnunc residuae partes molium, quibus iste a vi fluctuum tutus fuerit, e mari emineant. Quibus explicatis sic pergit scriptor: „Est etiam aliud argumentum, quo haec mea videatur sententia firmari. Plinius, ubi eas insulas enumerat, quae temporis processu iunxissent se cum continente, Aethusam insulam dicit commissam esse cum Myndo. Atque id latus portus, ad quem vicus Gumishlu situs est, quod ad occasum spectat, alta est peninsula, quae propter isthmum perangustum, quo cum continente commissa est, facile aliquando pro insula haberi potuit.“ Isto autem loco, cuius Beaufortius recordatur, qui est libro II, cap. 91, haec dicit Plinius: Rursus abstulit (rerum natura) insulas mari iunxitque terris: Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Aethusam Myndo, Narthecusam Parthenio promontorio. Utrumque autem argumentum, quorum unum in portu, alterum in insulae terraeque coniunctione positum est, quorum posteriori a Beaufortio non minus ponderis quam priori tribui debebat, potest etiam aliis quibusdam firmari rebus. Ac primam quidem cum situ Myndi a Beaufortio constituto magis etiam convenit quod Strabo dicit, statim post Zephyrium promontorium Myndum secutum esse, si sumimus, hoc Zephyrium promontorium non esse illud, quod dicitur a Beaufortio arena effectum esse, sed illud, quod ad septentrionem versus supra vicum Kady Kalassy est quoque sinus efficitur, intra quem locus est ad appellendum accommodatus; nam hoc promontorium qui est circumvectus, is statim Myndum pervenit. Atque etiam promontorium Astypalaeam non illam angustam linguam, ut Beaufortius, dixerim, quae parvo intervallo supra Temerion est, sed potius aut illud promontorium arenae, quod is Zephyrium esse putat, aut illud, quod est paulum superiore loco. Ac fortasse haec altera sententia hoc est verior, quod nomen Astypalaea docet, in eo promontorio oppidum fuisse, a quo id appellatum est nomenque tum etiam retinuit, cum istud vel interisset vel iam nihil esset nisi vicus. Nec facile ullo tempore oppidum in huius modi promontorio condiderunt, quale Beaufortius Zephyrium descripsit. Porro autem situs Myndi etiam Caryandorum situ constitui videtur. Caryanda autem fuit Scylace teste et insula et urbs et portus, quod idem fere loco transscripto a Strabone dici vidimus, qui praeterea nos docet,

Ἐκ Ῥόδου εἰς Σάμον [1] σταδ. ͵γω΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Τένεδον σταδ.

in Samum stadia 3800. E Rhodo in Tenedum stadia 3700. Na-

Caryanda proximam a Myndo fuisse urbem. Quod cum ita sit, Caryanda aut ad meridiem aut ad septentrionem ab eo isthmo sita fuerunt, quo magna peninsula, in qua portus est, qui **P a s c h a** dicitur, cum terra coniuncta est, quae haud dubie, cum isthmus nondum ad eam pertineret, illa insula fuit, in qua partem Caryandensium habitavisse veteres dicunt. Haec igitur insula in iis numeranda est, quae isthmis, alluvionibus paulatim se proferentibus, cum terra iuncta est. Sed est locus Plinianus, l. V, c. 29, e quo forsitan quis colligat, Myndum ad vicum **K a d y K a l a s s y** positam fuisse et ibi, ubi Myndum fuisse diximus, ex eis aliquam urbibus, quas Plinius enumerat, qui sic dicit: Habitatur inter duos sinus, Ceramicum et Iasium. Inde Myndos et ubi fuit Palaemyndus, Nariandrus, Neapolis, Caryanda, Termera libera, Bargyla et a quo sinus Iasius, oppidum Iasus. Sed primum scimus, multas urbes a Plinio non referri, cum eius aetate aliquam ob causam vel desertae essent vel a paucis habitatae. Quam breve autem iter Halicarnasso Myndum et terra et mari fuerit, hic locus Arrianeus docet, exped. Al. I, 23, (nam eo docere si quis velit, vicum **K a d y K a l a s s y** Myndum esse, is, quae sit ratio regionis, non consideratum habeat.) Ibi postquam expositum est, Alexandrum Halicarnassum oppugnantem modicis copiis clam ab hac urbe Myndum profectum esse, cum eam speraret a proditoribus sibi traditum iri, hac vero spe deceptum nec machinis belli instructum tamen ad eam expugnandam aggressum esse, sic pergit scriptor: *Καὶ ἕνα γε πύργον κατέβαλον οἱ Μακεδόνες· οὐ μέν τοι ἐγύμνωσέ γε τὸ τεῖχος πεσών· καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἅμα εὐρώστως ἀμυνόμενοι καὶ ἐκ τῆς Ἁλικαρνάσσου ἤδη κατὰ θάλασσαν πολλοὶ παραβεβοηκότες, ἄπορον ἐποίησαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ τὴν αὐτοσχέδιόν τε καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς κατάληψιν τῆς Μύνδου.*

1) Cum Agathemerus a Rhodo Cnidum septingenta stadia esse dicat, a Cnido autem Coum urbem ducenta et ab hac in Samum septingenta, intelligitur, mensuram huius peripli centum stadiis esse maiorem, quae parva differentia numerorum integritatem scripturae *͵αω* testatur. Pauca autem nobis de nomine **S a m i** dicenda videntur, cum ea de re non ita a viris doctis disputatum esse videatur, ut eorum sententiis stari possit. Strabo locis duobus, VIII, p. 409 et X, p. 488 dicit, altitudines montium a veteribus solitos esse dici *σάμους*. Id tamen non satis recte dixit, cum potius existimare debeamus, *σάμος* quondam adiectivum fuisse vel communis generis vel trium parique significatione atque *ἄκρος*. Quod ita cum esset, urbes, quae in montibus, ut antiquis temporibus fere fiebat, condebantur, vel *σάμαι* vel *σάμοι* id est **a l t a e** dicebantur (nam *πόλις* omittebatur,). Sic in Cephallenia una e quatuor urbibus, quae in ea erant, Same sive Samos dicebatur, quae cum ceteris magnitudine opibusque excelleret, saepe tota insula Samos dicta est, quae simul res docet, istam urbem etiam Samon, non tantummodo Samen appellatam esse. Num autem nomen Samothracia altam Thraciam significet, an existimari debeat, illam insulam initio Samon dictam esse quodque Thraces eam incolerent, Samon Thraciam, nolumus hoc loco decernere; sed hoc pos-

γψ΄·[1] *πλεύσεις δὲ ἔχων ἐκ τῶν εὐωνύμων νήσους Νήσυρον καὶ τὴν Ἀστυπάλαιαν·*[2] *ἐκ δὲ τῶν δεξιῶν τὴν Κῶ καὶ τὴν Λέρον καὶ τὴν Ἄμουργον καὶ Ἴον καὶ Σίκινον καὶ τὴν Δάφνην καὶ*

vigabis autem ad sinistram habens insulas Nesyrum et Astypalaeam, ad dextram autem Coa et Lerum et Amurgon et Ion et Sicinum et Daphnen et Deram et Seriphum et Cythnum. De-

terius si est, (idque sane videtur probabilius esse) insula ab urbe, quae primum in ea et in colle quidem condebatur, nomen accepit. Atque eandem ob causam insula nobilissima Samos, quae antea vel Parthenia vel Dryusa vel Anthemusa vel Melamphylus dicebatur, hoc accepit nomen. Postea enim quam urbs Samos florentissima potentissimaque ceterarum insulae urbium facta est, eius nomen in totam insulam translatum est. Cumque sciamus, apud veterem Samum urbem montem esse, in quo post etiam arx esset, facile intelligimus, qui factum sit, ut ea urbs Samos diceretur, quod ea nomen tum quoque retinuit, cum quasi ad radices montis descendisset. Ergo videmus, verbum *Σάμος* eandem atque *ἀκρόπολιν* habere vim.

1) Haec mensura stadiorum pro vera habenda est, quippe quae ad mensuram Agathemeri accedat, qui Rhodum a Tenedo tribus millibus CCCXX stadiis abesse dicit, qui tamen numerus, ut ipse ait, omnium minimus est, nam ipse ante alia eaque multo ampliora attulit spatia, quo tamen loco, quid inter Rhodum Tenedumque spatii sit, non addit. Praeterea intelligimus, quem cursum a Rhodo Tenedum navigantes tenere soliti sint. Primum enim directo cursu occidentem versus id est in Graeciam versus navigarunt ac tum demum, prope insulam Donusam, septentriones versus.

2) Hoc nomine duae a Stephano insulae referuntur, quarum unam dicit Cycladum esse, alteram, urbem habentem, inter Rhodum Cretamque iacere. Berkelius, qui postremus edidit Stephani lexicon, (nam Dindorfium non facile quisquam editorem dixerit,) putat, Ortelio assensus, in altera Astypalaea illud promontorium latere, quod a Strabone (cf. pag. 259) agri Myndorum esse dicitur; nam hoc insulam esse posse. Sed primum hoc promontorium neque insula est neque inter Rhodum Cretamque iacet, deinde dubitandum non est, quin Stephani Astypalaeae duae una sint eademque insula; namque Astypalaea, quam Cycladem ait esse, haec est, de cuius situ inter omnes convenit, nec alia intelligenda est ea, quae ab eo media inter Rhodum Cretamque collocatur, propterea quod eum apparet haec verba Strabonis perperam excerpsisse, l. X, p. 488: *Ἡ μὲν οὖν Ἀστυπάλαια ἱκανῶς ἐστι πελαγία, πόλιν ἔχουσα* et paulo post: *Καὶ ἐν τῷ Καρπαθίῳ δ᾽ εἰσὶ πολλαὶ τῶν Σποράδων μεταξὺ τῆς Κῶ μάλιστα καὶ Ῥόδου καὶ Κρήτης· ὧν εἰσὶν Ἀστυπάλαιά τε καὶ Τῆλος καὶ Χαλκία κ. τ. λ.* De Astypalaeae nominibus sic apud Stephanum est: Ἐκαλεῖτο δὲ *Πύῤῥα, Καρῶν κατεχόντων· εἶτα Πύλαια, εἶτα Θεῶν τράπεζα, διὰ τὸ ἀνθηρὸν αὐτῆς. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀστυπαλαίας, τῆς Ἀγκαίου μητρός.* Res sic se habet. Prima insulae urbs *ἄστυ*, id est ἐξοχὸν die Stadt, dicebatur. Posthac cum alia etiam conderetur, prior *Ἀστυπάλαια* dici coepta erat, quae cum opulentia multitudineque incolentium clara esset, eius nomen commune to-

την Δήραν [1] καὶ τὴν Σέριφον καὶ τὴν Κύδνον· τὸ λοιπὸν ἐπὶ τῆς Δονούσης [2] λάβε εὐώνυμον, ὅθεν ὁρᾶται τὸ Σκύλαιον. Ἀπὸ

inde apud Donusam, a qua spectatur Scylaeum, illam cape sinistram.

tius insulae factum est. Sumendum est, alteram urbem postea, quacunque id re factum est, desertam esse.

1) Nec Daphne nec Dera a quoquam inter insulas aut Aegaei aut ullius alius maris enumerantur. Eas auctor peripli nisi ante Amorgon et Ion et Sicinon enumerasset, non dubitaremus, quin in Daphne insula Anaphe atque in Dera insula Thera (id est ferarum plena) lateret. Quae tamen duae insulae cum aliquanto plus quam Sicinus et Ius orientem versus iaceant, haec sententia probari non potest. Nec vero verius quis dicat, ordinem insularum praetervehendarum a librario permutatum esse, cum eius rei omnino nullum sit signum aut documentum. Iam Strabo haec dicit, X, p. 488: Ἀπὸ δὲ τῆς Ἴου πρὸς ἑσπέραν ἰόντι Σίκινος καὶ Λάγουσα καὶ Φολέγανδρος, ἣν Ἄρατος σιδερείην ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα. Ἐγγὺς δὲ τούτων Κίμωλος, ὅθεν ἡ γῆ ἡ Κιμωλία. Ἔνθεν ἡ Σίφνος ἐν ὄψει ἐστὶν, ἐφ' ᾗ λέγουσιν Σίφνιον ἀστράγαλον διὰ τὴν εὐτέλειαν. E quibus verbis forsitan suspicetur quis, Daphnen, in periplo commemoratam, eandem esse, quam Strabo Lagusam dicit, quae sine dubio illa parva insula est, inter Sicinum Pholegandrumque sita, nunc Cardiotissa dicta, quamquam nomina res diversas significant; nam nomine Daphne insula dicitur admodum excellere lauro, nomine Lagusa plena esse leporum. Sed fac, insulam Daphnen istam Lagusam esse, ubi tum collocanda Dera est, quam, cum Siphnus commemorata non sit, ita iacuisse oporteret, ut propter eam haec conspici non posset. Sed hoc loco non est insula. Quae cum ita sint, nobis dubium non videtur, quin, quae a veteribus Prepesinthus et Strongyle appellantur, eas auctor peripli intelligi voluerit. Quod si ita esse statuimus, etiam apparet, cur inter Sicinum et Seriphum non sint aliae commemoratae insulae; nam si is, qui Tenedum tendebat, Sicinum praetervectus cursum tenebat talem, ut sinistra haberet Siphnum sicque inter hanc insulam et Seriphum navigaret, a Sicino procedens non ullas alias insulas, ut eae quidem ad dextram ei essent, nisi Propesinthum ac Strongylen praetervehebatur. Erunt profecto, qui sententiam meam non probent, quia a nullo scriptore istae insulae Daphne et Dera dicuntur. Sed haec nomina omnino non inveneris apud quemquam veterum; at tamen ut periplo magna in his rebus auctoritas tribuenda sit, cum aliis multis adduci debemus, tum iis, quae de insula Donusa infra disseremus. Atque insulas plurimas non unum, sed plura habuisse nomina, non est, quod harum rerum peritis probem exemplis, quod nobis maxime eo factum esse videtur, quod nomina nobilium urbium vel portuum saepe in insulas totas transferri consuerant. Denique ut hoc addamus, Prepesinthus nunc Spotico sive Despotico, Strongyle vetere appellatur nomine.

2) In hac regione maris Aegaei a nemine insula hoc nomine commemoratur; nam in opposita regione, id est prope Asiam, ea est, quae a Plinio his refertur verbis V, 23: Telos, unguento nobilis, a Callimacho Agathussa appellata, Donusa. Patmos cet. Sed

Κνίδου εἰς τὴν Κῶ σταδ. ρπ΄. [1] *Ἀπὸ Κῶ εἰς Ἁλικαρνασσὸν* [2] *σταδ.*

A Cnido in Coa stadia 180. A Co Halicarnassum stadia 180.

hoc non facile quis iure neget, ut insula aliqua in mari Icario Donusa dici potuit, ita in hac quoque maris parte, quae Graeciam ambit, Donusam esse potuisse. Nomen nobis a *δονέω* ducendum videtur, quod cum **nutare** significet, facile factum est, ut insulae quaedam ita appellarentur propterea, quod quodam modo in mari huc illuc vagari sive vacillare viderentur. Situm autem huius, quae commemoratur in periplo, Donusae duabus rebus certo modo constituere licet. Primum enim e verbis, quamquam omni ex parte pro integris habenda non sunt, hoc tamen intelligi licet, cursum prope insulam Donusam dextrorsum dirigendum esse, unde videtur iure colligi, cursu dextrorsum flexo Tenedum petentes ita navigasse, ut insulas Ceum, Gyarum, Andrum sinistra haberent sicque cursum tenerent illum, quam hodie **parvam viam** dicunt (alia est via, **Silota** dicta, quae primo inter Ceum Helenamque (nunc Zea et Makronisi) ac tum inter Euboeam Andrumque ducit). Deinde ubi Donusa iacuerit, magis etiam apparet ex his additis verbis: *ὅθεν ὁρᾶται τὸ Σκύλλαιον*, quae sine dubio cum verbis *ἐπὶ Δονούσης* coniungi debent. Atque in hoc quidem peripli auctor plane consentit cum Scylace: is *Ἔστι δὲ*, inquit, *τὸ Σκύλλαιον τῆς Τροιζηνίας· Καταντικρὺ δὲ αὐτοῦ ἐστὶ Σούνιον ἀκρωτήριον τῆς Ἀθηναίας χώρας. Κατὰ τοῦτο ἐστὶ νῆσος Βέλβινα καὶ πόλις.* Quae ita cum sint, quis dubitat, quin Belbina haec Donusa sit. Ea hodie **San Giorgio di Arbora** dicitur. In tabulis geographiae veteris omnino non videmus indicatam hanc insulam, et tamen a Strabone Plinioque praeter Scylacem et auctorem huius peripli commemorata est.

1) Ex hac et sequenti mensura intelligimus, urbes Cnidum Halicarnassumque atque insulam Coum inter se trianguli esse modo sitas, ut insula, quae hypothesis est, ab utraque urbe aequali distet intervallo, quod tamen brevius Plinius habet, Coum dicens ab Halicarnasso quindecim millibus passuum distantem, quae distantia ipsis sexaginta stadiis minor quam mensura peripli est. Sed cum omnibus in rebus, quod medium est, verissimum esse dicatur, id etiam de peripli mensura statuendum, quae ut maior est sexaginta stadiis quam Plinii, ita viginti stadiis minor quam Agathemeri, qui inter Coum et Cnidum spatium ducentorum habet stadiorum.

2) Mirari satis non possumus, qui factum sit, ut Sicklerus de situ veteris Halicarnassi falsa doceat et, qui nuperrime geographiam antiquam conscripsit, hanc rem ut dubiam omnino non attigerit, cum tamen nunc ea, quae Angli eruditissimi, Morritius et Beaufortius, de vestigiis veterum aedificiorum, quae in vico **Budrun** reperiuntur, deque huius ipsius vici situ scripserunt, dubitare vetent, quin is locum Halicarnassi obtineat. Omnes, qui in hoc doctrinae genere versantur, nobis in eo assentientur, Sicklero non defuisse magnam diligentiam multasque literas, sed defuisse ingenium; de Georgio autem non dubitamus hoc dicere, nec satis ei ingenii nec doctrinae nec diligentiae fuisse. Sed ut ad rem accedamus, nomen **Budrun** ortum est e **Petrumi**, quo modo Turcae **Pietro** interpretantur. Castellum autem san-

cti Petri hoc dictum est, quod equites Rhodisienses in hoc promontorio extruxerunt, quod, olim insula, nomine Zephyrus, (cferatur Plin. II, 89,) post mole cum Halicarnasso coniunctum est. Beaufortius haec dicit, p. 95: Constare videtur inter omnes, vicum Budrun locum habere veteris Halicarnassi; nec profecto potuit facile locus vel amoenior vel omni in re accommodatior seligi ullus, in quo reges Cariae sedem regni collocarent. Inde a capite sinus terra paulum ascendit et insula Cos et totus sinus Ceramicus usque ad promontorium Krio conspici potest. In fronte urbis prominet in sinum rupes magna et quadrata, cui castellum impositum est. Ad occidentem a castello angustus portus est, aliquando a tempestatibus tutus duabus oppositis molibus lapidum, quae tamen nunc dirutae sunt, etiamsi portus etiamnunc bonus est ad recipienda minora navigia. Haec Beaufortius. Morritius dicit, in hunc portum inter septentriones meridiemque intrari, et utroque latere aditum arena coacervata ita esse coangustatum, ut non latior quam sexaginta sit cubitorum; quod propter moles dirutas fieri tanto facilius potuit. Iam significavi, in promontorio, quam aliquando insulam fuisse Plinius dicit, nunc esse castellum equitum Rhodisiensium. In hoc autem ipso loco antea nobile illud Mausoleum fuisse, cum e Vitruvio, qui altero libro accurate Halicarnassum descripsit,[1] intelligi licet, tum probari videtur eo, quod in castelli muris internis multa fragmenta veterum marmorum eximio opere conspiciuntur; nam cum castellum et brevissimo tempore extructum sit et in quo loco Mausoleum fuit, non modo factum est, ut, quidquid lapidum et materiei reliquum Mausolei esset, ad aedificandum adhiberetur, sed ut etiam vestigia antiqui operis videantur evanuisse omnia; certe in vicinia castelli Morritius, quamquam diligentissime quaesivit, nihil reperit praeter sex columnas genere Dorico, striatas sustinentesque epistylium; cumque solum multo altius sit quam olim, ex eo columnae paulo plus quam septem pedes eminent. In eadem vicinia, in agro Turcae cuiusdam, extant pauca fragmenta columnarum, etiam striata. Praeter portum hocque promontorium, quod utrumque Halicarnassum testatur, etiam insula est Arconnesus, quam omnes veteres in sinu Halicarnassensi sitam esse docent. Eam hodie Turci quidem dicunt Orak, sed Graeci Arconeso. Arconnesus sine dubio transpositione literarum ρ et κ ortum est ex ἀκρόνησος, id est alta insula, haecque significatio nominis plane consentit cum natura insulae. Beaufortio teste in altissima parte Arconnesi reliquiae castelli sunt, quae reliquiae videntur eius castelli existimandae, quod quondam in hac insula fuit; nam apud Arrianum, libro I, capite XXIII scriptum est, Persarum duces, Orontobatem et Memnonem, incensa relictaque urbe, cuius moenia ab Alexandro essent expugnata, alterum in Arconnesum, alterum in arcem Salmacida cum copiis suis concessisse. Ut hanc hoc loco rem attingamus, duplex locus est, in quo haec arx, Salmacidem dico, potuerit esse: aut rupes cacumine plano, at undique abrupta ac praeceps, sita inter seriem collium, quae non ita se procul ad septentrionem ab Halicarnasso porrigit. In ea rupe Beaufortius reliquias perantiqui castelli invenit eamque ob causam eam Salmacida esse putat, ac sane natura loci videtur his Arriani verbis consentanea esse. Is I, 23, Ἤδη τε ἠὼς ὑπέφαινε, inquit, καὶ κατιδὼν τὰς ἄκρας, ἃς οἵ τε Πέρσαι καὶ οἱ μισθοφόροι κατειλήφεσαν (Arconnesum et Salmacidem), ταύτας

ρκ΄. Ἀπὸ Ἁλικαρνασσοῦ εἰς Μύνδον σταδ. σκ΄.[1] Ἀπὸ Μύνδου εἰς Λέρον σταδ. τν΄. Ἀπὸ Μύνδου εἰς τὴν Κῶ σταδ. ρμ΄. Ἀπὸ δὲ Κῶ εἰς Λέρον σταδ. τν΄. Ἀπὸ Κῶ εἰς Δῆλον σταδ. ͵ατ΄.[2] Ἀπὸ Κῶ εἰς Σάμον διὰ πόρου σταδ. ͵α.[3] Ἔτι δὲ ἀπὸ Κῶ εἰς τὴν Δῆλον πλέειν τοῦ κύρου οὐριωτάτου ἀπηλιώτῃ[4] σταδ. ͵ατ΄·

Ab Halicarnasso Myndum stadia 220. A Myndo in Lerum stadia 350. A Co in Delum stadia 1300. A Co in Samum directo cursu stadia 1000. Porro autem a Co ad Delum naviganti dominante apeliota stadia 1300. Navigabis autem ad Calydnam;

μὲν ἀπέγνω πολιορκεῖν, τρίβην τε ἐπινοῶν οὐκ ὀλίγην ἔσεσθαί οἱ ἀμφ᾽ αὐτὰς τῇ φύσει τῶν χωρίων, καὶ οὐ παρὰ μέγα εἶναι ἐξελόντι οἱ τὴν πόλιν ἤδη πᾶσαν. At tamen in hac rupe arcem Salmacidem fuisse vix crediderim, cum non intelligamus, qui Persae, Macedonibus totam Halicarnassum terra cingentibus, sine proelio illuc effugere potuerint. An fuit forte in hac rupe castellum illud Alinda, quod Ada, Hecatomni filia, obtinuerat Alexandroque in Cariam invadenti tradiderat? Alter autem eorum locorum, in quibus arcem Salmacidem potuisse extructam esse significavimus, rupes ardua est, statim supra litus cunei instar alte se attollens, in cuius est cacumine antiquum castellum, a Turcis Tzchifut Kalassy, id est castellum Iudaei, dictum; diruta aedificia sub radicibus montis dispersa iacent et fons liquidissimae aquae scaturit ex eius ascensu. Quae omnia si recte disputavimus, simul intelligitur, qui Persae sine proelio ex urbe in istas arces confugerint; nam id mari factum esse cum propter arcem Arconnesi necesse est, tum, quod alteram arcem attinet, quae aliquanto intervallo ab Halicarnasso ad occidentem sita fuit, (si modo vera sunt, quae de eius situ diximus,) eo confirmatur, quod, ut Diodorus Siculus XVII, 27 tradit, Persae partem copiarum aurumque argentumque in insulam Coum transportarunt.

1) Supra dicebatur, idem intervallum inter Lerum Myndumque esse, quod cum, si spatii tantum rationem habemus, brevius sit, quam quod inter Coum Myndumque, hic numerus stadiorum non integer esse videri potest. Sed cum existimandum sit, auctorem huius peripli ipsum quae itinera indicat fecisse cumque facile potuerit fieri, ut vento nonnunquam minus secundo uteretur, haec scriptura pro sana haberi potest.

2) Si consideramus, statim parem mensuram stadiorum, addita causa maxime secundi apeliotae, referri, iure videtur de integritate scripturae ͵ατ΄ dubitandum esse. Itaque suspicamur, maiorem fuisse in codice numerum.

3) Agathemerus loco supra laudato habet stadia octingenta; sed iam significavimus, minimam illo loco mensuram ab Agathemero referri.

4) Quid sententiae verborum sit, facile est intelligere: sed verba ipsa integra non sunt. Mensura mille trecentorum stadiorum, quae sunt ipsa XXII milliaria Germanica et dimidiatum, haud dubie recta est. Exempli causa hoc addo, Plinium (IV, 23) inter Icarum et Delum ponere quinquaginta millia passuum, quae sunt decem ipsa milliaria germanica et quinquaginta stadia.

πλευσεις δὲ εἰς Κάλυδναν· [1] *καταπλεύσεις δὲ ἐκ δεξιῶν ἔχων τὰ Ὑψίρισμα* [2] *καὶ τὰς Καλύδνας καὶ τὴν Κέλλεριν καὶ τὴν Λέρον*

praeterveheris autem ad dextram habens Hypsyrisma et Calydnas et Celerin et Lerum et Patmum et Icaron et Amurgon.

1) Intelligimus ex his verbis, non directo cursu a Coo ad Amorgon versus navigasse auctorem peripli, sed insulam Calydnam postquam circumvectus esset, cursum illuc tenuisse. Verbo *καταπλεύσεις* cum significatur, quam maxime id fieri possit, prope litus Calydnae navigandum esse, tum iis, quae sequuntur: nam praecipitur, ut quis dextra Calydnas habens naviget. Hi autem scopuli cum idem atque maior insula nomen habeant, per se patet, eos in maxima sitos esse vicinia. Ac videntur pauca nobis de Calydnis dicenda esse. Notus igitur hic versus Iliados est:

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε Κάσον τε
Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας.

De ultimis verbis *νήσους τε Καλύδνας* haec scripsit Strabo libro decimo extremo: *Νήσους δὲ Καλύδνας τὰς Σποράδας λέγειν φασὶ τὸν ποιητὴν, ὧν μίαν εἶναι Κάλυμναν· εἰκὸς δ' ὡς ἐκ τῶν Νισυρίων λέγονται καὶ Κασίων αἱ ἐγγὺς καὶ ὑπήκοοι, οὕτως καὶ τὰς τῇ Καλύμνῃ περικειμένας, ἴσως τότε λεγομένῃ Καλύδνῃ· τινὲς δὲ δύο εἶναι Καλύδνας φασὶ Λέρον καὶ Κάλυμναν· ὥσπερ καὶ λέγειν τὸν ποιητήν. Ὁ δὲ Σκήψιος πληθυντικῶς ὠνομάσθαι τὴν νῆσον Καλύμνας φασὶν, ὡς Ἀθήνας καὶ Θήβας· δεῖν δὲ ὑπερβάτως δέξασθαι τὸ τοῦ ποιητοῦ· οὐ γὰρ νήσους Καλύδνας λέγειν· ἀλλ' οἱ δ' ἄρα νήσους Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε Κάσον τε, καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, Καλύδνας τε.* Brevissime dicemus, quid sentiamus. Qui primum insulam incoluerunt, hi primum urbem et tum insulam quoque vocaverunt Calydnam; sed qua de causa, id nec liquet nec operae pretium videtur investigare. Sed posteriore tempore cum praeter Graecos dorica natione, (nam eos primos hanc insulam incoluisse, videtur ex Herodoto, VII, 99, effici,) ut hoc fieri solet, Graeci etiam aliarum nationum huc migrarent, fiebat, ut eorum dialecto Calydna etiam Calymna diceretur; (utrumque verbum eum significat, qui cantu excellit: nam *ὕμνος* e verbo *ὕδω* id est cano, ortum est, quod verbum a poetis Alexandrinis e prisca lingua receptum est.) Atque etiam aliae insulae, veluti quae e regione Troadis sitae sunt, Calydnae vocari solitae sunt. Posteriore igitur tempore cum aucto numero alia dialecto loquentium urbs Calymna sic vocari consuesset, hac forma etiam publice uti inceperunt, ut lex sive decretum Calymniorum (nam ita scriptum est,) quod extat, (cf. Chishull. inscript. ant. p. 19) docet. Atque cum ita urbs vocari consuesset, ita vocari etiam tota insula coepta est, ita tamen, ut nomen Calydna, certe si insula maximeque vicini scopuli intelligebantur, retineretur.

2) Hanc insulam praeter hunc scriptorem nemo commemoravit. Prior pars nominis a *ὕψι* derivanda videtur; alta fortasse est insula; ac nobis videtur pro *τὰ* *τὸ* scribendum. Ceterum non dubitamus, quin ea intelligi insula debeat, quae nunc Kappari dicitur cuiusque pristinum nomen a nemine videtur traditum esse. Nec hanc Celerin a quoquam video commemoratam. Cursum auctoris navigantis si sequimur,

καὶ τὴν Πάτμον καὶ τὴν Ἄραν[1] καὶ τὴν Ἀμουργόν· καὶ πλεύσεις ἐπὶ τῆς Δονούσης[2] σταδ. ν΄ εὐωνύμως·[3] δεξιοὺς δὲ λαβὼν τοὺς Μελανθίους·[4] καὶ τὴν Μύκονον ἐκ τῶν εὐωνύμων καὶ

Et navigabis habens Donusam a sinistra stadiis 50, ad dextram autem Melanthiis captis et Mycono a sinistra deveheris

vix potest alia ab eo insula intelligi, quam quae nunc Kalolimno vocatur.

1) Hoc nomen nusquam alibi legitur. Primo aspectu Lebinthus insula significari videtur, cuius tamen nomen cum infra saepius repetatur, ut eam ab hoc quoque scriptore sic appellari appareat, cumque is non infra hanc insulam sed supra navigasse videatur, ut, inter Corasias Amorgonque postquam navigasset, Amorgon rursus ad dextram haberet, in ea sumus sententia, ut pro Ἄραν, quod per se ipsum nihil videtur esse, Ἴκαρον scribendum putemus. Nam eo, quem descripsit, cursu scriptor post Lerum Patmonque insulas Icarum ad dextram habuit.

2) Hoc loco videntur deesse quaedam, quibus scriptor dixerit, qui cursus ad Melanthios usque tenendus esset. Ἐπὶ τῆς Δυνούσης significat: in alto apud Donusam (auf der Höhe von Donusa). Haec insula in codicibus Plinii Donyssa et Donusa et Dionysia scripta est; nobis videtur Donusa verum nomen esse itaque debere explicari, ut a nobis supra pag. 264 factum est. Quare etiam Δονοῦσα scribi debet. Nam cum propter similitudinem nominis multis videretur a Dionyso nomen habere, hinc istae varietates nominis ortae sunt. Est parva insula, marmore viridi nobilis. Nunc Heraclea sive Raclia dicitur.

3) Suspicamur, (nam verbum εὐωνόμως ita fieri postulat, nomina earum insularum excidisse, quas, qui Donusa a sinistra praetervectus est, ad sinistram habere oportet, quaeque sunt Nicasia, Phacusa Naxusque. Haud dubie navigans hanc praetervectus, Naxum dico, sinistra iubetur dextros habere Melanthios scopulos.

4) Quantum auctoritatis huic sit periplo tribuendum, etiam hoc efficitur, quod in eo scopulorum Melanthiorum, qui a nemine praeter Scylacem commemorantur, mentio fit. E Scylace, ubi siti sint, discimus. Nam, Ἀπὸ δὲ Μυκόνου, inquit, διάπλους ἐπὶ τοὺς Μελαντίους σκοπέλους προαριστιδίου μικρῷ ἐλάττων σταδίων μ΄. Ἀπὸ δὲ Μελαντίων σκοπέλων πλοῦς εἰς Ἴκαρον προαριστίδιος. Scriptura Μελάνθιος, quae in apographo peripli est, haud dubie est rectior, quam quae est apud Scylacem. Nec potest dubium esse, quin scopuli Melanthii insulae sint hae, quae nunc italico verbo i Fratelli id est Gemini dicuntur. Sed video, in tabula, quae addita est descriptioni Peloponnesi, a quibusdam Francogallis illuc publice missis compositae, hos scopulos Stapodia dici, quod nomen in aliis tabulis alii insulae, quae non ita procul ab Icaro ad occidentem sita est, datum est. Nil decerno. Consulto nihil mutavimus, quamquam minime dubitabamus, quin verba καὶ Μύκονον cum Μελανθίους coniungenda essent. Nam hanc quoque insulam navigans habet ad dextram. Ac profecto verba ἐκ τῶν εὐωνύμων, sequentibus coniuncta, praeclare quadrant, nam annavigans Delo hanc ad sinistram habet. Delus duo portus habuit, unum, maiorem, paulo

Τείμων κατάχθης εἰς Δῆλον. Ἀπὸ Μύνδου... ἥτις ἐστὶ διὰ τῆς Ἀττικῆς[1] *σταδ. αφʹ· πλεύσεις δὲ διὰ τῶν Κορσικῶν καὶ τῆς Τελέρου καὶ τῆς Καλύδνου καὶ τῆς Ὀρβίδας λαβὼν πλέε ἐπὶ τὰς Ἀμουργίας· τήν τε Νόσουσαν καὶ τὴν Νάξον καὶ τὴν Κύδνον ἔχε δεξιάν· ἐὰν δὲ θέλῃς διὰ νήσων πλέειν, οὕτως πλέεις.*

in Delum. A Myndo ...., quae abest ab Attica stadia 1500. Navigabis autem per Corassias et Leron et Calydnas et Horbidem .... hoc cursu capto naviga ad Amurgon. Donusam autem et Naxon et Cythnum habe ad dexteram; sin autem voles per insulas Cycladas navigare, hunc capito cursum.

supra mediam insulam, alterum, minorem, infra mediam insulam. Quid *καὶ Τείμων* significaret, assequi non potuimus.

1) Haec verba quisque videt non esse integra, qua tamen ratione restituenda sint vehementer est lubricum statuere. Si quid coniicere licet, putamus ab hoc scriptore Sunium dici, ut fortasse haec fere sententia verborum, non tamen ipsa scriptura sit: *Ἀπὸ Μύνδου ἐπὶ τὸ Σούνιον, ἀκρωτήριον τῆς Ἀττικῆς*. Ut modo dixi, oratio alia fuit, sed tantum significare volui, quid mihi hoc loco videretur scriptor voluisse dicere. Ac mensura mille quingentorum stadiorum, id est paulo plus triginta septem milliariorum, non videtur iusto minor putanda esse. Sunt sane insulae, quae quondam Corsiae sive Corseae dictae sunt: Corsias Strabo dicit, Corseas Plinius, V, 31, et Stephanus, qui tamen non plures, sed unam ita vocatam esse dicit, nam *Κόρσιαι*, inquit, *νῆσος τῆς Ἰωνίας, ἀντικρὺ Σάμου. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἡρωδιανὸς Κορσία, διὰ τοῦ ι, καὶ τὸ ἐθνικὸν Κορσεάτης*. Sitae sunt inter Icarum et Samum earumque maxima media inter duas minores est, quas omnes complures scopuli undique cingunt. Appellantur nunc a Turni (Turni Inseln). At vero quamquam nec de insulis nec de earum nomine ullo modo dubitari licet, tamen credibile vix est, eas hoc loco auctorem peripli intelligi voluisse: id enim propter cursum, quem eum tenuisse e sequentibus colligere licet, fieri non potest. Nam si a Myndo (atque ab hac urbe oportet cursus inceperit, quia haec extrema urbs est, quae usque huc commemorata est, quod etiam post plane confirmatur, ubi ad hanc oram auctor peripli revertitur urbisque Bargyliensis mentionem facit,) si igitur cursus a Myndo per insulas maris Aegaei usque ad Atticae promontorium Sunium describitur, cumque statim deinceps dicatur, inter Lerum esse Calydnamque navigandum, credibile non est, insulas Corseas, quae tam longe ad septentrionem iacent, hoc esse loco commemoratas. Quo accedit, ut etiam postea, ubi sine controversia insulae Corassiae dicuntur, hae, quotiescunque id fit, Corsiae dicantur. Nec tamen sic locus ullo modo restituitur, nam fieri non potest, ut Corassiae ante Lerum Calymnamque, a quibus ad occidentem sunt sitae, dicantur. Ac tamen, quamquam apographum tam mendosum vitiosumque est, ut nihil possit esse supra, non facile deprehendas transpositiones verborum, ut ne hac quidem ratione quidquam corrigere audeamus. Ergo si verbo *τῶν Κορ-*

Νῆσοι.

Ἀπὸ Κῶ εἰς Λέρνον[1] σταδ. ον'. Ἐκ Λέρνου εἰς Λέβινθον σταδ. σν.'[2] Ἐκ Λεβίνθου εἰς Κίναρον[3] σταδ. φ.' Ἐκ Κινάρων

Insulae.

A Coo in Lerum stadia 350. A Lero ad Lebinthum stadia 250. E Lebintho in Cinarum stadia 500. E Cinaro ad extremam

σικῶν insulae Corseae videri possunt significari, necesse est, nonnulla excidisse, quibus cursus accuratius describebatur. Tantum addimus, nobis videri pro *Τελέρου Λέρου* et pro *Καλύδνου Καλύδνης* legendum. Cuius vel potius quarum deinceps insularum nomina in τῆς Ὀρβίδας lateant, nescimus: nomen corruptum putamus, et si quid coniicere liceat, videtur scribendum esse ita: *καὶ τὰς Κορσίας*, id est *Κορησσίας*, δεξιὰς λαβὼν πλέε ἐπὶ τὴν Ἀμουργίαν. Supra alius cursus teneri iubebatur, et quidem supra Lebinthum. De Amurgia conferatur pag. seq. Pro *Νόσουσαν* sine controversia *Δονοῦσαν* scribendum est, ut tum *Κύθνον*.

1) Non potest alia insula esse nisi Leros. Hoc significandum putamus, etiam in aliquot codicibus Strabonis *Λέρνος* pro *Λέρος* inveniri. Pro *νο'*, quod nihil est, scribendum est *τν'*; nam tanta supra mensura dicebatur esse. Apud Strabonem Leros etiam Leria, id est insula Leria, dicitur. Miramur, illo loco a quibusdam postulari scribi *Λέρος*, cum tamen Strabo eadem ratione loquendi Con Coam et Icaron Icariam dicat.

2) Mensura pro recta habenda est.

3) Cum haec insula ante inventum hunc periplum tantum apud Plinium commemorata esset, nescivimus, ubi sita esset. Peripli autem auctorem si sequimur, non potest dubium esse, quin Cinaros sive Cinara, ut a Plinio dicitur, haec insula sit, quae ad orientem supra Amorgon iacet nuncque Karos dicitur. Mensura stadiorum quingentorum recta putanda est. Cum tamen geographi eam veterem Nicasiam esse putent, necesse est brevi demonstremus, cur nobis periplus sequendus esse videatur. Inter Naxum, Ium Amorgumque quinque sitae sunt insulae, quarum tamen duae, nunc Gaphonisi, id est insulae Gapho, dictae, simul cum scopulo, qui iacet ibi, ubi ambae extremis partibus fere se contingunt, pro una habitae fere sunt, dicunturque nunc etiam, ut modo significatum est, nomine eodem. Ea, quae ad occidentem iacet, nunc Raclia sive Rachia dicitur (utrumque ex Heraclea sive Raclea corruptum est, nam hodierni Graeci non aspirant,). Hanc quidem quondam Nicasiam quidam, alii Donusam sive Dionysiam dictam esse putant. Horum sententia etiam periplo confirmatur, ut supra demonstravimus, nec debet iam dubium videri, quin insula Raclia superioribus temporibus dicta Donusa sit. Nam hoc si vellemus sumere, utroque eam nomine solitam esse appellari, id propterea non videtur faciendum esse, quia a Plinio haec nomina singulis duabus tribuuntur insulis. Quo illud quoque argumenti accedit, quod ii, qui vicinas maiores insulas incoluerunt, nam neutra habitata

esse videtur, utraque insula cum alio fructu excelleret, a suo quamque fructu appellasse videntur. Mannertus dicit, Donusam nunc quoque Denusam dici. Sed in omnibus tabulis nomine, quod diximus, inscriptam videmus. Si qua nunc insula Denusa dicitur idque nomen ex pristino ortum est, hoc nomine haec insula inscribenda est omnesque, qui eam inscribunt Raclia, in errore sunt. Quae deinceps ad orientem insula est, ea hodie Skinosa dicitur, quod nomen e vetere Schinusa ortum est: (alterum igitur nomen altero confirmatur.) Tum sitae sunt ad orientem istae insulae perparvae, quas hodie Gaphonisi dici diximus. Harum alteram, ad orientem sitam, quondam Nicasiam dictam esse putant, alterius pristinum nomen nescimus utrum idem putetur esse an nesciatur. Quinta eaque maxima, hodie Khero sive Laros dicta, vetere solet nomine Phacussa inscribi. Sed Cinaram eam dictam esse, ex hoc periplo nobis videri effici, iam demonstravimus. Nisi existimare volumus, insulam duplex nomen habuisse, quod sane propter utriusque nominis diversam significationem parum credibile est. Si autem existimari debet, insulas, Nicasiam et Phacusam dictas, in hac esse vicinia sitas, videtur statui posse, utramvis insularum Gaphonisi Phacusam appellatam esse. Atque hoc videtur etiam propterea sumi posse, quod neutrum nomen, neque Nicasia neque Phacusa, plurali numero dicitur, quod fortasse factum esset, si utrolibet nomine utraque insula appellari solita esset. Atque omnes fere a fructibus nomina inventa habent: Schinusa, quod lentisci ferax erat, Phacusa, quod lentum, Cinara, quod arduorum, nec dubitamus, quin Nicasia quoque a fructu aliquo nomen habuerit inventum. Eaque res quasi manu nos ad insulam Amorgon ducit, de qua iam pauca dicemus. Dubitatur autem, factumne hoc nomen a fructu, qui verbo ἀμοργὶς vel ἀμόργη significatur, an fructus nomen ab insula sit. Si comparamus, quae modo dicta sunt, non videtur dubitari debere, quin insula a fructu, cuius feracissima esset, Amorgos id est ferax amorgi appellata sit; nam antea alia habuit nomina, quod Plinius testatur et Stephanus. Ille haec dicit, l. IV: Hypere, quondam Patage, ut alii, Platage, nunc Amorgos; hic, Ἀμοργὸς, inquit, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Παγκάλη καὶ Ψυχία (in qua flat aura tepida). Ἀπὸ τῆς Μινῴας ἦν Σιμωνίδης ὁ Ἰαμβοποιὸς, Ἀμοργῖνος λεγόμενος, ὡς Ἐρυκῖνος. Λέγεται καὶ Ἀμόργιον, ὥς φησὶ Χάραξ. Νικόλαος δ' Ἀμοργὴν αὐτὴν καλεῖ, ἥν τινα Καρκήσιος ἀνὴρ ἄξιος ᾤκισε καὶ Καρκησίαν ὠνόμασε, τὸ δ' ἀμόργινος χιτὼν χρώματος ἴδιον. Cuiusmodi hae vestes amorginae fuissent, iam inter grammaticos disceptatio fuit, ut haec disputatio Eustathii ad Dionys. per. v. 525 docebit: Ἡ Ἀμοργὸς, ἐξ ἧς Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιὸς, Ἀμοργῖνος ἐντεῦθεν λεγόμενος προπερισπωμένως, τύπῳ ἐθνικῷ· τὸ δὲ Ἀμόργινος, προπαροξυτόνως, χιτῶνος ἐπίθετον, ἀπὸ χρώματος ἴσως ἐλαιοχρόου τινός· ἀμόργη γὰρ ἡ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη, ὅ ἐστιν ὁ τρυγίας. Παυσανίας δὲ, οὐ τὸ Ἀττικὸν λεξικὸν, ἄλλο τι ἐμφαίνει, λέγων, ἀμοργὸς ὅμοιον βύσσῳ· καὶ ὅτι ἀμοργὶς κυρίως ἡ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς ἐνδύματα, Ἀμοργίδια λεγόμενα, ὡς ὁ κωμικὸς (Cratinus) ἐν Λυσιστράτῃ δηλοῖ.

Ἀμοργὸν ἔνδον βρυττίνην νήθειν τινά.

Ut autem de amorginis vestimentis duplex grammaticorum sententia esset, hinc factum est, quod duo erant verba, quae literis paria inter se tamen et ori-

ἐπὶ τὰ ἔγγιστα τῆς Ἀμουργίας [1] ἐπὶ τὰ πέρατα σταδ. πέ· καὶ ο

Amorgon, quae est proxima a Cinaro, stadia 85: et praetervectio

gine et accentu valde differunt. Ἀμόργη, quod sine dubio ab ἀμέργω ducendum est, significavit: oleum sive, verbi originis ratione habita, quod expressum est. Atque hoc verbum, huius ipsius originis causa, accentum in penultima habere debet. Ἀμοργὸς contra (nam de forma ἀμοργῄ nihil certi scitur) factum ex ἀμοργὶς est. Ἀμοργὶς autem primitivum sine dubio verbum est significatque fructum lini (Leinfrucht), graece λινοκαλάμην ἀμοργόςque, quod modo dicebamus ex hoc ortum esse, proprie adiectivum est, quod significat: quod ex ἀμοργίδι fit, idque est linum vel Flachs. Insulae autem nomen, quod ipsum quoque adiectivum verbi ἀμοργὶς est, aliam quandam atque illud significationem habet, significat enim: ferax fructus lini (die Leinfruchtreiche Insel). Ut vero ἀμοργὶς, ita ἀμοργὸς quoque, in ultima accentum habet. Cum vero iste fructus in insula Amorgo praestantissimi generis esset vestimentaque, ex lino, quod ex hoc fructu parabatur, confecta, subtilitate excellerent, ea quam maxime expetita erant hincque ortus loquendi usus est ἀμόργινος χίτων.

1) Amorgos, angusta et longa, ab occidente ad orientem porrigitur ita, ut procedens et latitudine augeatur et ad septentrionem versus vergat. Ubi longissime ad occasum spectat, ibi septentrionem versus curvatur, ut sinus permodicus efficiatur, in quo intimo locus ad appellendum accommodatus cum oppido fuisse videtur, quem, ut videtur, peripli auctor intelligi vult. Haec brevissima ratio loquendi: ad proxima Amorgi ad extrema auctori usitata est. Extrema autem sunt ista ipsa pars insulae, quam ad septentrionem se versus curvare diximus. Mensura stadiorum LXXXV, id est quinque stadiis plus duo milliaria, recta est. Praeterea haec dicenda putamus. Priore loco insula Amorgos dicebatur, altero, ut nunc, Amurgia. Quamquam viri docti solam scripturam Amorgos rectam putant, eam tamen non recipiendam ducimus, cum fere apud omnes scriptores, apud quos eius mentio fit, in compluribus codicibus scriptura Ἀμουργὸς reperiatur, quo accedit, ut ab Hierocle Amurgis dicatur. Id hoc factum est, quod in hoc verbo, ut in aliis compluribus, literae ο et ου similem habebant appellationem, quo fiebat, ut non nulli in scribendo insulae nomine diphthongo ου uterentur. Quod autem scripturam Amurgia attinet, nec eam falsam putamus; nam plures insulae, verbi causa Leros, Icaros, Cos, earum adiectivis formis appellari solitae sunt. Statim post urbs Μινώα (nam sic pro Μηνόας scribendum est), patria Simonidis poetae, commemoratur, praeter quam Stephano teste duas Amorgos alias habuit, Acesinen et Aegialen, sed Aegialae sub nomine Ἀκεσίνη substituit Melaniam. Cum tamen Scylax quoque insulam tripolin dicat, videtur ita statuendum esse, tertiam urbem et Melaniam et Aegialen vocatam esse: Melaniam, quod ubi condita esset, terra nigra esset, Aegialen, quod esset ad mare posita. Iam vero ubi hae urbes sitae essent, videtur nusquam tradi, quamquam in tabulis quibusdam Minoam in hac parte, quae hoc loco significatur, scriptam videmus et Aegialen in eo litore, quod ad orientem spectat. Sed fortasse ex hoc periplo aliter situs consti-

παράπλους ἐπὶ τὰς Κορσίας[1] σταδ. πέ. Ἀπὸ Κορσίων εἰς Μηνόας σταδ. πε.' Ἐκ τῆς Κορσίας εὐώνυμον ἔχων τὴν Κορσίαν[2] εἰς τὸν Ναξίων Πάνορμον[3] σταδ. ξε.' Ἀπὸ τοῦ[4] Πανόρμου εἰς

ad Corassias est stadiorum 85. A Corassiis ad Minoam stadia 85. A Corassiis Corassiam sinistra habenti, ad Panormum Naxiorum stad. 65.

tui licet. Quae sequuntur verba: *Καὶ ὁ παράπλους ἐπὶ τὰς Κορσίας στάδια πέ*, vix aliter interpretanda sunt nisi sic: si quis ad Corassias navigaturus est, is hunc cursum quinque et octoginta stadiis conficiet. Ut statim hoc addamus, mensura recta esse non potest; tam paucis enim stadiis vix cursus ab ultima insulae parte, quae ad orientem spectat, confici potest, nedum conficiatur, cum ante tota insula praetervehenda erat, qui fortasse solus cursus tot stadiis conficitur. Sed hoc omittamus, modo hoc constet, a scriptore verbis transscriptis cursum definiri ab Amorgi extrema parte occidentali ad Corassias usque insulas; sed non satis habet hoc intervallum definivisse, vult etiam sciri, quot stadiis a Corassiis ad Amorgi insulae extremam partem orientalem navigatio conficiatur; nam hoc nisi dicere voluisset, vix haec addidisset: *Ἀπὸ Κορσίων εἰς Μηνόας στάδια πέ*, nec unquam toto periplo factum est, ut cursus ab uno aliquo loco ad alterum bis tradatur. Quae si recte disputavimus, efficitur, urbem Minoam in extrema insulae parte, quae ad ortum spectat, positam fuisse. Ac cum in tabulis in orientali Amorgi ora magnum satisque profundum sinum descriptum videamus, statuere licet, ad eum Minoam positam fuisse; ac fortasse hoc loco *λιμὴν* fuit, cuius a Scylace mentio fit, qui haec dicit: *Ἀμοργὸς, αὕτη τρίπολις καὶ λιμήν.*

1) Iam supra diximus, hoc loco non Corsias, sed Corassias sive Corasias dici. Earum situm Strabo describit sic, X. p. 409: *Πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Πάτμος καὶ Κορασσίαι, πρὸς δύσιν κείμεναι τῇ Ἰκαρίᾳ, αὕτη δὲ Σάμῳ.* Haec descriptio situs fecit, ut quidam Corasias putarint esse illos duo scopulos, qui inter Icarum et Myconum iacent; sed ex hoc periplo non potest dubium esse, quin eae duae insulae, quae inter Lebinthum sitae sunt et Amorgon, a veteribus Corasiae, id est insulae corvorum plenae, dictae sint. Si sententia haec est: ab extrema insula ac secundum insulam usque ad Corasias stadiis navigari octoginta quinque, haec mensura cum ea quae antecedit comparata iusto minor existimari debet; cumque vix videatur sumi posse, a scriptore hoc tantum dici, quot quis stadiis propter insulam vehens cursum conficiat, non videtur dubium esse, quin a librario antecedens sit mensura rectae substituta.

2) Cum additum sit: sinistram habens Corassiam (maior autem intelligi debet), colligitur, portum insulae aut ad orientem aut ad notum fuisse.

3) Cum verba *ὕφορμος, πάνορμος λιμήν*que saepissime in hoc periplo aliorumque geographorum libris usurpata sint nec tamen satis de eorum vi potestateque constare videatur, non alienum nobis visum est de ea haec disserere. *Ὕφορμος* (*ὑπο* additum propterea est, quod litus plus minusque super mare eminet) locum significat, ubi natura litoris ea est, ut naves non modo ad id appelli queant, certe certo quodam loco, sed etiam, quod istud uno vel duobus locis in mare plus minusve promineat, tutae a tem-

Δῆλον σταδ. υκ.' Ἀπὸ Κῶ εἰς Λέρον σταδ. τκ.' [1] *Ἀπὸ Λέρου ἐπὶ τὸ Παρθένιον* [2] *σταδ. ξ.' Ἀπὸ Λέρου ἐπὶ τὸ τῆς Πάτμου Ἀμαζόνιον* [3] *σταδ. σ.' Ἀπὸ τοῦ Ἀμαζονίου ἐπὶ τὴν Κορσίαν σταδ. υ.' Ἀπὸ τῆς ἄκτης* [4] *Ἀμαζονίου εἰς Δῆλον σταδ. ψν.'* [5] *Ἀπὸ Δήλου εἰς Χίον σταδ. ρν.'* [6] *Ἀπὸ Ἄνδρου* [7] *εἰς λιμένα Τήνου*

A Panormo in Delum stadia 420. A Co in Lerum stadia 320. A Lero ad Parthenium stadia 60. A Lero ad Amazonium Pathmi stadia 200. Ab Amazonio ad Corassias stadia 400. A litore Amazonii ad Delum stadia 750. A Delo in Chium stadia 150. Ab Andro ad portum Teni stadia 80. A Teno ad promonto-

pestatibus sint, certe a quibusdam, quae vel aestate vel hieme vel e certis regionibus oriri solent; *πάνορμος* locum significat, ubi natura litoris ea est, ut non modo naves facillime et aptissimis locis ad id possint appelli, sed etiam appulsae a tempestatibus vel aestate vel hieme oriri solitis soleant esse, tutae. (Hinc factum est, ut multa oppida a Graecis P a n o r m i dicta sint.) *Λιμὴν* denique locum significat, ubi litus tam longe recedit, ut palus quaedam, quae aliquapiam parte in mare versus aperta est, efficiatur: atque etiam *λίμνη* et *λιμὴν* ab eodem verbo *λείβω* facta sunt; *λίμνη* enim locum significat, in qua aqua diffunditur vel huc illuc fluit, *λιμὴν* autem locum significat, qui efficit, ut aqua in se influat. Latini, qui verba non habent, quae Graecorum *ὑφόρμῳ* et *πανόρμῳ* respondeant, solent pro iis verbo p o r t u s uti.

4) *Ναξίων* haud dubie excidit.

1) Quamquam nihil correximus, tamen non dubitamus, quin, ut supra, *τν'* scribendum sit.

2) Si nomen mensuraque recta sunt, puto scopulum aliquem, non ita procul a Lero ad septentrionem situm, intelligendum esse. Fortasse is templum Minervae habuit portumque.

3) In apographo est *Ἀμαζωνίων*. Hoc Amazonium Pathmi praeter hunc scriptorem nemo commemoravit. Nec tamen dubium esse potest, quin extrema pars, qua insula Pathmus meridiem versus in mare porrecta est, intelligenda sit. Ea sine dubio portum oppidulumque habuit, atque in ea Amazones habitasse, eo credibilius est existimatum esse, quod in ora Asiae minoris hae mulieres et Cymen et Ephesum condidisse creditae sunt; illudque cum creditum est, locus ab eoque oppidum portusque Amazonium appellata sunt.

4) In apographo est *ἄψης*. Sic existimamus, Amazonii alterum litus, quod ad occidentem spectabat, aequale fuisse nec habuisse ullos aut minimos recessus. Hinc hoc latus *ἄκτη* dici solitum est.

5) Haec recta mensura est; nam Plinius Icarum a Delo quinquaginta millibus passuum, id est ipsis quadringentis stadiis, sitam esse dicit, quarum insularum et aliquanto brevius intervallum est Pliniique mensurae breviores esse solent.

6) Scribi debet *ψν'*. Nam intervallum Deli Chiique citius maius quam minus quam Deli Pathmique dixeris.

7) Andros urbs, (nam ab hac nave provectus est auctor peripli) in orientali parte Andri insulae et aliquantum infra mediam insulam sita fuit, portus autem Teni in superiore parte insulae fuit, ita ut mensura octoginta

σταδ. π'. Ἀπὸ Τήνου [1] ἐπ' ἀκρωτήριον [2] .... σταδ. ν'. Ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου ..... ἔγγιστα ἄκρας [3] ... σταδ. νν'. Ἀπὸ τῆς Κρεγέας εἰς Κάρυστον σταδ. ρκ'.

rium... stadia 50. A promontorio. .... stadia 450. A Cregea ad Carystum stadia 120.

stadiorum pro recta haberi debeat. Plinius habet passus mille, cum spatium tantum modo intelligi velit, quod inter utramque insulam intercedit. In apographo utroque loco est *Τύρον*.

1) Si minus scribendum, intelligendum est: *Ἀπὸ τοῦ λιμένος Τήνου*.

2) Numerus si integer esset, vix posset quidquam aliud ab hoc scriptore dictum esse nisi extrema pars Andriae insulae, quae ad meridiem spectat; quod tamen cum parum credibile sit et totus locus mutilus, cumque praeterea vix probabile sit, illud nobile promontorium Euboeae Geraestum non esse commemoratum, suspicamur, *Γέραιστον* excidisse; quid autem pro *ν'* scribendum sit, non aeque facile dictu sit. Si consideramus, portum Teni sub extremam insulam fuisse, mensuram *νν'* citius minorem quam maiorem dixeris; eum autem numerum a librario corruptum esse, cum hoc probabile est, quia *υ* ante *ν* facillime excidere potuit, tum etiam hoc, quod eundem numerum a librario scimus saepissime perperam repetitum. Sed potest etiam, ut modo dictum, maior numerus quam *υ'* ante *ν'* scribendus esse, quod ni esset, facilius etiam esset, *ν'* mutare in *υ'*. Sed vos ejus modi est, vix ut quisquam, quoad certum sit atque exploratum, inventurus sit: quae nobis cogitantibus visa essent scribi posse putaverimus dicendo esse.

3) E sequentibus hoc efficitur, ad Cregeam sive quod aliud nomen loci est, auctorem peripli a Geraesto appulisse. Si fides habenda scripturae est, inter Geraestum Cregeamque intervallum intercederet CCCCL stadiorum, ut quis suspicari queat, in *Κρεγέᾳ* latere *Ἐρετρίαν*. Atque apud Strabonem sic est, X, 444: *Μετὰ δὲ τὸν Γεραιστὸν Ἐρετρία, πόλις μεγίστη τῆς Εὐβοίας μετὰ Χαλκίδα.* Sed hoc cum propter sequentes mensuras tum propter cursum, quem scriptor tenuit, probabile non est, quamobcausam arbitror, *Κρεγέαν* (recordator Tegeae) nomen esse verum numerumque *νν'* falsum. Ubi autem haec Cregea sita fuerit, alia quaestio est. Ea post a Carysto centum viginti stadia, a Petaleis autem insulis centum abesse dicitur, ita ut, si modo uterque numerus integer est, fere mediam inter utrumque locum et in litore quidem Euboeico sitam fuisse oporteat. Id cum ita sit, existimari licet, eam in peninsulae, inter Carystum Marmorionque ab Euboea in mare porrectae, litore, quod ad occasum spectat, fuisse sitam. Ac cum hoc ipsum litus multis locis longe in mare se porrigat, unum ex his promontoriis verbo *ἄκρας* significatum videri potest. Incredibilia omnino sunt, quae Mannertus de hac peripli parte scripit, cf. Geographie d. Griech. u. Römer. Th. VIII, p. 266. Insulae Petaliae a Plinio quoque his verbis commemorantur, IV, 23: In Euripo autem Euboïco, primo fere introitu, Petaliae quatuor insulae. At vero apud Strabonem, X, p. 404, sic est: *Γεραιστὸς δὲ καὶ Πεταλία πρὸς Σούνιον.* Apparet, a Strabone ut Geraestum ita Petaliam promontorium dici, nec ab eo ullo loco harum Petalia-

† Νῆσοι ἄλλαι.

Ἐκ Κρεγέας εἰς Πεταλέας σταδ. ρ′. Ἐπανίημι πάλιν ἐπὶ τὰ ἔκδηλα διαστήματα πρὸς νήσους τάςδε.[1] Ἐκ Δήλου εἰς Θήραν σταδ. τν.[2] Ἐκ Δήλου ἐπὶ τὴν Ἀμουργίαν εἰς τὴν Μίνωαν[3] σταδ. χν′. Ἐκ Δήλου εἰς Ἀναφάνην[4] σταδ. ρ′. Ἐκ Δήλου εἰς Ἰὸν σταδ. χν′. Ἐκ Δήλου εἰς τὰς Κορσίας[5] σταδ. χν′. Ἐκ Δήλου εἰς Κιμαλλὸν[6] σταδ. ω′. Ἐκ Δήλου εἰς Σίφνον σταδ. χμ′. Ἐκ Δήλου εἰς Κύδνον[7] σταδ. τν′. Ἐκ Δήλου εἰς Στένον[8] σταδ. τν′.

Ceterae insulae.

A Cregea in Petalias stadia 100. Converto me rursus ad mensuras, quae sunt a Delo ad insulas has. A Delo in Theram stadia 350. A Delo ad Amorgon ad Minoam stadia 750. A Delo in Anaphen stadia 100. A Delo in Ion stadia 650. A Delo in Corassias stadia 650. A Delo in Cimolum stadia 800. A Delo in Siphnum stadia 650. A Delo in Cythnum stadia 350. A Delo

rum insularum mentio fit. Cum tamen e regione his insulis in Euboea promontorium sit, quod ad Sunium vergit, cumque id folii speciem habere possit (nam a πεταλῷ sine dubio nomen ducendum est), facillime fieri potuit, ut insulae quoque, contra hoc promontorium sitae, Petaliae vocarentur. Hodie Spili vocantur. Ad earum aliquam videtur potuisse appelli.

1) Haec verba si spectamus, existimare debemus, hunc scriptorem non ipsum hos cursus, quos hoc periplo tradit, confecisse, sed ex aliorum periplis deprompsisse. Ceterum pro ἔκδηλα scribendum est ἐκ Δήλου.

2) Hanc mensuram, cum sequentibus comparatam, oportet esse falsam. Cum postea Ios a Delo sexcentis quinquaginta stadiis abesse dicatur, Strabo autem Ion a Thera centum stadiis abesse dicat, certe ψν′ scribendum est, nisi forte ω′, cum mensurae peripli maiores quam Strabonis esse soleant. Thera nunc St. Erini sive uno verbo Santorin dicitur. De eius ortu aetateque conferatur Geschichte der durch Ueberlieferung nachgewiesenen natürlichen Veränderungen der Erdoberfläche. Ein Versuch von K. E. A. von Hoff, 3 Thle. Th. II, S. 158.

3) Conferantur, quae pag. 272 sq. disputavimus.

4) Emendandum est: Ἀνάφην et χ′ vel ψν′ vel ω′. Cum mare Aegaeum valde terrae motibus expositum esse constet, quae causa fuit, ut plures insulae repente extiterint vel extitisse dictae sint, in his propter nomen fortasse etiam Anaphe numeranda est.

5) Emendandum Κορασσίας. Confratur pag. 272 sq.

6) Emendandum Κίμωλον. Etiamnunc Cimoli dicitur, quamquam alterum nomen Argentiera, quod, cum aliquando in ea metalla essent, acceperat, usitatius videtur esse. Mensura sine dubio iusto maior est, viditurque χ′ vel ut deinceps χμ′ substituendum esse.

7) Emendandum Κύθνον, nec rectior mensura est, pro qua χν′ scribi posse videtur. Hodie Cythnus a thermis, quae ibi sunt, Thermia dicitur.

8) Sine dubio emendandum Τῆ-

Ἐκ Δήλου εἰς Νάξον σταδ. τν΄.[1] Ἐκ Δήλου ἐπὶ τὴν Δόνουσαν σταδ. τκ΄.[2] Ἐκ Δήλου εἰς Πάτμον σταδ. ων΄.[3] Ἐκ Δήλου[4] τὸν Μελανθιοσκοπλόν σταδ. ρπ΄. Ἐκ Δήλου εἰς Καίας[5] σταδ. τ΄. Ἐκ Δήλου εἰς Ἄνδρον σταδ. ω΄.[6] Ἐκ Δήλου εἰς Πάρον[7] σταδ. υ΄.

Ἐπάνειμι πάλιν εἰς Μύνδον ἀφ' ἧς κατέλιπον.

Ἐκ Δήλου εἰς Πάνορμον[8] σταδ. π΄ Ἐκ Δήλου εἰς Βαρβυ-

in Tenum stadia 250. A Delo in Naxum stadia 350. A Delo ad Donusam stadia 320. E Delo in Pathmum stadia 850. E Delo ad scopulos Melanthios stadia 180. E Delo in Ceum stadia 300. E Delo in Andrum stadia 800. E Delo in Parum stadia 400.

Revertor ad Myndum, unde digressus sum.

E Delo in Panormum stadia 80. E Delo ad Bargylia sta-

νον. Cum huius insulae portus sub ipsum meridianum exitum situs sit, eo magis mensura iusto maior consenda est.

1) Plinius Naxon a Delo XVIII millibus passuum abesse dicit, qui centum decem stadia efficiunt. Plinii vero mensurae cum omnino minimae esse solent, tum spatia modo ab eo definiuntur, quae inter insulas ipsas, non eorum urbes, intercedunt. Sed etiamsi, inter Deli portum Naxonque urbem quid intervalli intercedat, putamus dici, tamen etiam sic *τν΄* nimis magnus videtur numerus esse.

2) Certe *φκ΄* scribi debet.

3) Supra a ripa Amazonii, quod in Pathmo est, ad Delum DCCL stadia esse dicebantur.

4) Deest *εἰς*. Supra verbo *σκόπελοι* omisso *Μελάνθιοι* scriptum erat; hoc loco additum *σκόπελος* est, sed numero singulari, qui fortasse corrigendus est, cum vix propterea positus est, quia ad alterutrum solum appelli potuit.

5) Cuius insulae hoc corruptum nomen esset, non potuimus augurari.

6) Summus numerus *υ΄* esset, si quis ita scribere vellet. Andros urbs in litore insulae, quod ad orientem spectat, posita erat, eius autem portus in opposito litore: is Gaurion sive Gaurelion dicebatur et Gaurio nunc quoque vocatur, ut urbs Andro.

7) Plinius Paron a Delo XXXVIII millibus passuum, quae CCXXIV stadia sunt, abesse dicit, ut hoc auctore, si scriptura *υ΄* corrupta putanda est, ad summum *τ΄* scribendum sit. Sed recta si mensura est, quae supra inter Naxum Delumque intercedere dicebatur, tum integra haec quoque est; nam intervallum, quod inter Delum Paronque urbem intercedit, paulo maius est quam quod inter Delum Naxumque urbem. Paros ceteris omnibus insulis portibus excellit, quorum tris habet, unum apud Paron (nunc Parecchia s. Parkia) ipsam, alterum apud Naussam (nova urbs est) a septentrione, tertium, Sanctae Mariae sive Marmora dictum, ab oriente, praetereaque salum, Drio appellatum, ad orientem et ad meridiem spectans, capax maximae classis est. Cfratur Denkwürdigkeiten und Erinnerungen aus dem Orient, von Prokesch Ritter von Osten, Th. II. S. 60.

8) Quis tandem hic panormus

λίαν [1] σταδ. σν'. Ἀπὸ Πανόρμου εἰς Ποσείδιον [2] καὶ Ἄγκιστρον

dia 250. A Panormo in Posidium et Ancystrum stadia 250. Á

est, qui a Delo non plus octoginta stadia abesse scribitur? Supra panormus commemorabatur Naxiorum. Estne is intelligendus? Sed tum mensura iusto minor est; an propinquioris alicuius insulae, veluti Myconi, portus? An vero panormus intelligi debet, cuius statim post saepius scriptor mentionem facit. Hoc quamquam ordine, quem deinceps scriptor in enumerandis locis sequitur, atque exiguitate mensurae refutari videtur, tamen aliqua ratione eo confirmatur, quod is panormus portus Milesiorum fuit, quo et unde a Delo in Delumque existimandum est creberrimas esse factas navigationes. Ei tamen sententiae cum minus hoc suffragatur, quod auctor Panermum revertitur indeque Posidium navigat hancque navigationem stadiorum dicit ducentorum quinquaginta, tum eius habita ratione mensurae, quae infra scripta est, pro *σν'* deberet scriptum esse *μ'*. Quibus de causis res in dubio relinqui debet.

1) Haec urbs vario modo scribi solita est. Quae in hoc apographo priore loco scriptura est: *Βαργυλία*, ea solum apud Stephanum reperitur, quamquam is ipse etiam *Βάργυλα* scripsit, nam sic apud eum est: *Βάργυλα οὐδετέρως, πόλις Καρίας κτἑ.* et post: *Βελλεροφόντης δ' ἀνιαθεὶς ἐπὶ τῷ ἑταίρῳ πόλιν ἔκτισε Βαργυλίαν. Καὶ ἡ θάλασσα βαργύλικος κόλπος ἐξ αὐτοῦ· ὁ πολίτης Βαργυλιάτης. Βάργυλα* usitatam fuisse formam, Pliniana scriptura oppidi: Bargyla probat, quamquam aliquot codices Stephani etiam *Βαργύλλα* habent, ut post in chartaceo libro Vossii pro *Βαργυλίαν* scriptum est *Βαργύλια*, quae scriptura Strabonis est quaeque eadem in Ptolemaei geographia restituenda videtur esse, ubi certe in nostra editione accentus positus est in penultima. Ac sine dubio etiam peripli auctor *Βαργύλια* scripsit, ut profecto altero loco etiam in apographo *Βαργυλίων* est. Apud Melam est Bargylos. Cuius autem scriptura Bargyliae sit, quam Freindius in latino lexico habet, nescimus. Iam de Bargyliis haec scripsit Strabo: *Εἶτ' εὐθὺς ἡ Μύνδος, λιμένα ἔχουσα καὶ μετὰ ταύτην Βαργύλια, καὶ αὕτη πόλις· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρύανδα λιμήν, καὶ νῆσος ὁμώνυμος ταύτῃ, ἣν ᾤκουν Καρυανδεῖς. Πλησίον δ' ἐστὶ τῶν Βαργυλίων τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν τῆς Κινδυάδος κτἑ.* Videmus igitur, a peripli huius auctore urbes, quae in hac parte orae Asiaticae nobilissimae eius ipsius aetate essent, commemorari omnes; nam supra scimus ab eo et Cnidum et Halicarnassum et Myndum commemoratam, ut nunc Bargylia commemorantur, non tamen etiam Caryanda, quae media inter Myndum Bargyliaque et in insula cognomine et in continenti sita erant in cuiusque vestigiis hodie est vicus Pascha Limani, id est portus Paschae. Ut hoc addamus, in omnibus Strabonis codicibus scriptum est ita: *Καρύανδα λίμνη*, sed pro *λίμνη* auctoritate horum Scylacis verborum: *Καρύανδα νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμὴν* ab editoribus nunc omnibus scriptum est *λιμήν*. Sed iam Groskurdius recte animadvertit, tum etiam *ταύτῃ* in *τούτῳ* mutandum esse. Koräes scribi vult *καὶ νῆσος ὁμώνυμος· ταύτην ᾤκουν Καρυανδεῖς*. Si quidem, quod sane facillime fieri potuit, *λιμὴν* in *λίμνην* a librariis corruptus est, videtur sic existimandum esse, Strabonem, cum *ταύτῃ* scriberet, verbum *πόλιν* in cogitatione habuisse. Sed fortasse

σταδ. σν.' Ἀπὸ Βαρβυλίων εἰς Ἰασὸν [1] σταδ. σκ'. Ἀπὸ Ἰασοῦ ἐπ' ἀκρωτήριον Ποσείδιον σταδ. ρκ.' Ἀπὸ Ἰασοῦ ἐπὶ τὴν Ἀκρίτην [2] σταδ. σμ.' οἰκεῖται κατέναντι Πάσσαλα πηγὴ εἰς Θενετὸν

Bargyliis ad Iason stadia 220. Ab Iaso ad promontorium Posidium stadia 120. Ab Iaso ad Acriten stadia 240. Incolitur e regione Passala

scriptura λίμνη pro vera habenda est. Nam portus Caryandensis potest palus fuisse, quae perangusto ore in mare se infundebat, ita ut tum palus tum portus diceretur. Mensuram σν' falsam esse, vix est, quod significemus.

2) Cum neque scriptor certum ordinem locorum secutus sit nec mensurae apographi pro rectis haberi possint, difficile dictu est, idemne promontorium Posidium, cuius tum mentio fit, intelligendum sit; constat enim a Paseidone multa promontoria esse appellata, quamquam in hac asiaticae orae parte, circa quam hoc loco scriptor versatur, praeter illud, quod diximus, aliud novimus nullum, nisi quod est apud Samum, e regione insulae Nartheci. Sed praeter hanc altera hoc loco difficultas explicanda est, posita in addito καὶ Ἄγκιστρον. Corruptum si nihil a librario est, aut existimandum est, duo fuisse promontoria, admodum sibi propinqua, aut, quod probabilius nobis quidem videtur, promontorium Posidium cornu habuisse, quod propter similitudinem, quam uncini haberet, putassent Ἄγκιστρον appellandum esse. Ac si Milesiorum promontorium intelligendum est, id profecto plures habet quasi linguas, ut earum maxima potuerit a forma sua appellari Ἄγκιστρον. Tum vero pro σν' scribendum esse μ', iam significavimus.

1) Hanc urbem Strabo dicit in insula continenti propinqua sitam esse habereque portum. Stephanus addit, insulam quo urbs dici nomine, sed is ipse Ἰασσὸν scribit; altera tamen scriptura numo, qui restat, in quo est Ἰασέων, stabilitur. Insula autem, ut verisimile est, alluvione Maeandro amne facta, nunc cum continente coniuncta est. In vestigiis veteris urbis vicus turcicus Asyn Kale conditus est. Numerus σκ' haud dubie nimis magnus est nobisque videtur is restituendus esse, qui statim sequitur, quamquam fortasse intervallum inter Iasum Posideumque maius etiam est quam quod est inter Bargylia et Iasum.

2) His verbis praeclare confirmatur, quod apud Agathemerum est, vol. II, ed. Hudson.: Ἐπ' Ἀκρίτην νῆσον στάδια σλ'. Quo haec addidit Gronovius: Hoc nomine an fuerit [insula], videant alii. In MS. vidi Ἀκρίτιν." Ista autem scriptura hoc quoque periplo confirmatur. Agathemero auctore a Drecano Coae insulae promontorio ad Acriten insulam triginta sunt et ducenta stadia, atque ab hac insula ad Corsias usque totidem, a quibus ad Ampelon Sami triginta. Ex his intervallis concludendum est, Acriten fere mediam inter Con et Corsias sitam fuisse, quapropter existimamus, supra Panormum e regione orae Milesiorum iacuisse, cumque nunc ad meridiem ab ostiis Maeandri quasi peninsula sit cumque sciamus alluviones in ista regione Maeandro amne maximas esse factas, quibus iisdem etiam Lade insula nunc in continente sita est, cumque post dicatur ab eo fonte usque Miletum — nam ita pro Μυλάσα scribendum esse infra dicetur — stadia esse viginti, haec omnia cum ita sint, putamus, Acriten insulam paullum infra Miletum ia

cuisse. Verba autem: *Οἰκεῖται κατέναντι Πάσσαλα πηγὴ* ita interpretamur: incolitur ex adverso insulae Passala fons, id est incolunt propter Passalam fontem. Sed quae sequuntur verba, ea integra non sunt, quamquam de eorum sententia non videtur esse, quod dubitemus, nam haud dubie voluit scriptor dicere: inde ab eo fonte descendi Miletum viginti stadiis. Fortasse in corrupto nomine *Θένετον* oppidulum latet, quod apud hunc fontem et in edito quidem loco conditum erat, cum *ἀποβῆναι* ab eo dicantur homines ad Miletum. Sed ut verissima tamen scriptura *εἰς Μύλασαν* prima specie videatur esse, facit nomen fontis Passalae, quod idem nomen navalis Mylassensium est. Nam apud Stephanum sic est: *Πάσσαλα, Μυλασσέων ἐπίνειον· ὁ πολίτης Πασσαλεύς.* Ac sine dubio id ipsum navale est, quod Pausanias dicit Mylasa ipsis octoginta abesse stadiis, is enim ita scripsit lib. VIII, cap. 10: *Θαλάσσης δὴ ἀναφαίνεσθαι κῦμα ἐν τῷ ἱερῷ τούτῳ λόγος ἐστὶν ἀρχαῖος· ἐοικότα δὲ καὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι ἐς τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει καὶ Καρῶν οἱ ἔχοντες ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν, ὃν φωνῇ τῇ ἐπιχωρίᾳ καλοῦσιν Ὀγώα. Ἀθηναίοις μὲν δὲ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαλήρῳ θάλασσα, ὡσαύτως δὲ καὶ Μυλασεῦσιν ἐπίνειον σταδίους ὀγδοήκοντα ἀπέχον ἐστὶν ἀπὸ τῆς πόλεως.* Ac profecto sinus Ceramicus infra Mylasam tam longe in terram recedit (atque in eo ipso perangusto loco sive sinu quin fuerit istud navale, dubitandum eo minus est, quod hodie quoque, qui nunc Mylasam incolunt, eodem utuntur portu,) ut spatium inter urbem atque mare non maius quam stadiorum ipsorum sit octoginta aut milliaria nostrae mensurae duo. Ac quis tandem dubitet, quin idem navale a Strabone quoque dicatur, qui scripsit haec: *Πλησιάζει δὲ μάλιστα τῇ κατὰ Φύσκον θαλάττῃ ἡ πόλις. καὶ τοῦτ' ἐστὶν αὐτοῖς ἐπίνειον.* Hunc Physcum autem supra vidimus situm esse in ora Lycia et ibi quidem, ubi nunc est portus, Turcarum lingua Mermer dictus, hucque Mylassa iter conficias vix milliariis octo aut stadiis ducentis triginta. (Ea urbs hodie Melasso dicitur restantque eius monumenta non pauca.) Quamobrem non dubitamus, quin apud Strabonem loco allato sic scribendum sit: *τῇ κατὰ Πάσσαλα θαλάττῃ.* Nec ducimus praetereundum esse aliquid aliud. Plinius, lib. V, cap. XXXVIII, Passalam in insulis Ceramici sinus enumerat. Loquitur enim sic: In Ceramico autem sinu Priaponnesos, Hipponesus, Psyra, Mya, Lampsemandus, Passala, Crusa, Pyrrha, Sepiussa, Melano paulumque a continente distans Cinaedopolis. Atqui interpretes Plinii hanc insulam navale Mylassensium fuisse dicunt, in quo tamen eos errare satis nobis ea argumento esse videntur, quae et Pausanias de isto dixit et Strabo. Existimandam est potius, hanc insulam non longe a continente, ubi Passala esset, distantem fuisse ab istaque accepisse nomen. Sed ut illuc revertamur, unde huc delapsi sumus, haec Passala, quae in intimo Ceramico sinu fuit sita, non potest esse ille fons Passala, de quo in periplo scriptum est, si modo insula Acrite eo, quo diximus, maris loco fuit. Et tamen additur: inde descendi Mylassam, quae urbs ab illa continentis parte, cui ex adverso Acriten insulam esse diximus, quam maximo diremta spatio est. His de causis si nihil excidit, quod tamen non ita videtur esse, in hac sententia sumus, ut existimemus, pro *εἰς Μύλασσαν* esse scribendum *εἰς Μίλητον* Atque urbium nomina non solum corrupta esse in hoc apographo, sed etiam commutata, hoc afferimus exemplum, quod supra pro *Καρχηδόνι* scri-

ἀποβῆναι εἰς Μύλασσαν· σταδ. κ.' Ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου[1] *εἰς Πάνορμον*[2] *σταδ. μ.' Ἀπὸ Πανόρμου εἰς Μίλητον σταδ. π.'*

fons ..... in Tenedum unde descenditur stadiis 20. A Mylassam Posidio in Panormum stadia 40. A Panormo Miletum stadia 80.

ptum erat *Χαλκήδων*. Atque haec coniectura etiam eo confirmatur ordine, quem hic scriptor sequitur.

1) In hoc promontorium, quod nunc a nautis cap Arbora dicitur, illa exit quasi peninsula, ad orientem sinu Latmico, ad ceteras regiones cincta mari. Sed oppidum quoque, quod in eo conditum erat, ita appellatum est, ut testis est Plinius his verbis, lib. V, cap. 29: Ionia ab Iasio sinu incipiens numero sive ambitu litorum flectitur. In ea primus sinus Basilicus, Posideum promontorium et oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymaei Apollinis, a litore stadiorum viginti. Initium Ioniae eodem videtur modo definire Strabo verbis his, XIV, p. 632: *Ἔστι δὴ οὖν ἀπὸ τοῦ Ποσειδίου, τοῦ Μιλησίων, καὶ τῶν Καρικῶν ὀρῶν μέχρι Φωκαίας καὶ τοῦ Ἕρμου τὸ πέρας τῆς Ἰωνικῆς παραλίας.* (Emendatio Groskurdii, pro *ὀρῶν* interpretati *ὅρων*, eo refutatur, quod re ipsa montes Cariae usque ad Posidium procedunt) Atque hic quoque locus Strabonis huc pertinet: *Μετὰ δὲ τὸ Ποσείδιον τὸ Μιλήσιον ἑξῆς ἐστι τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος, τὸ ἐν Βραγχίδαις, ἀναβάντι ὅσον ὀκτὼ καὶ δυόδεκα σταδίους κέ.* Consulto scripsimus *ὀκτωκαιδυόδεκα* pro *ὀκτωκαίδεκα*, nam illam scripturam et habent libri manu scripti confirmatque Plinii numerus stadiorum XX. In scriptura *Ποσείδιον* Strabo et periplus consentiunt: Plinius secutus est scripturam *Ποσείδειον*.

2) Panormum portum Milesiorum fuisse et Thucydides testatur et Herodotus. Ille libro VIII, cap. 24 haec narrat: *Ἀθηναῖοι ταῖς εἴκοσιν ναυσὶν ἐν τῇ Λάδῃ ἐφορμοῦντες ἀπόβασιν ποιησάμενοι ἐς Πάνορμον τῆς Μιλησίας. Χαλκιδέα δὲ τὸν Λακεδαιμόνιον ἄρχοντα μετ' ὀλίγων παραβοήσαντα ἀποκτείνουσι καὶ τροπαῖον τρίτῃ ἡμέρᾳ ὕστερον διαπλεύσαντες ἔστησαν, ὃ οἱ Μιλήσιοι ὡς οὐ μετὰ κράτους τῆς γῆς σταθὲν ἀνεῖλον.* Apud Herodotum autem haec legimus: libr. I, cap. 157: *Οἱ δὲ Κουμαῖοι ἔγνωσαν συμβουλῆς πέρι ἐς θεὸν ἀνοῖσαι τὸν ἐν Βραγχίδῃσι· ἦν γὰρ αὐτόθι μαντήϊον ἐκ παλαιοῦ ἱδρυμένον, τῷ Ἴωνές τε πάντες καὶ Αἰολέες εἰώθεσαν χρέεσθαι· ὁ δὲ χῶρος οὗτός ἐστι τῆς Μιλησίης ὑπὲρ Πανόρμου λιμένος.* Quae Herodotea verba praeclare Chandlero confirmantur, qui refert, non longe a templo Branchidarum (in quo loco est hodie vicus turcicus, nomine Iotan) sinum esse perangustum, ad appellendas naves peraccommodatum, in quo etiamnunc conspicua sint vestigia castellorum praesidii causa aedificatorum. Atque in eandem sententiam loquitur Pausanias, libri quinti capite septimo: *Τῷ δὲ Ἀλφειῷ τὸ αὐτὸ πάσχει καὶ ὕδωρ ἄλλο ἐν Ἰωνίᾳ· τούτου δὲ ὕδατος πηγὴ μέν ἐστιν ἐν Μυκάλῃ τῷ ὄρει· διεξελθὸν δὲ θάλασσαν τὴν μεταξὺ ἄνεισιν αὖθις κατὰ Βραγχίδας πρὸς λιμένι ὀνομαζομένῳ πανόρμῳ.* Mensura quadraginta stadiorum inter Posidium et Panormum omnino pro vera habenda est, nec minus pro vera haberi debet ea, quae sequitur, octoginta stadiorum. Nam a templo Branchidarum, quod demonstratum est supra Panormum in monte conditum fuisse, Dallavaio teste (trav. to the Levant cet.) usque Mile-

Ἐπάνειμι πάλιν διὰ πόρου εἰς Μύνδον.

Ἀπὸ Πανόρμου[1] εἰς Μίλητον σταδ. τ.′ Ἀπὸ δὲ τῆς Φαρμακούσης[2] εἰς Μίλητον σταδ. ρκ.′ Ἀπὸ Μιλήτου εἰς Σάμον σταδ. τ.′[3] Οἱ πάντες[4] ἀπὸ Τελμενσοῦ ἕως Μιλήτου σταδ. βφ.′ Ἀπὸ τοῦ Ἀκάμαντος[5] εἰς Κύπρον εὐώνυμα ἔχοντι εἰς Πάφον

Revertor rursus rectavia ad Myndum.

A Myndo ad Miletum stadia 300. A Pharmacusa ad Miletum stadia 120. A Mileto in Samum stadia 300. Universa stadia a Telmesso ad Miletum stadia 2500. Ab Acamante Cypri,

tum fere sunt octoginta stadia, quo spatio oppido paulum maius id est, quod a Choiseulio-Gouffier (Voyage pitt. cet. p. 178) ponitur, quamobrem iure existimavit Iordanus (is vir doctus res Milesias praeclare tractare coepit,) Plinium in eo errare, quod a templo Apollinis usque Miletum centum dixerit octoginta esse stadia. Potest fortasse sic coniici, maiorem numerum culpa librariorum praepositum esse minori.

1) Proclive est, ita statuere, negligentia librarii haec verba bis esse scripta addito peccato τ′. Sed tamen fortasse aliter existimare debemus. Primum enim librarium, qui non facile ullum vitium non admisit, in quod talis incurrere potest, tamen non deprehendas sententias bis scripsisse; deinde non intelligimus, quid sibi velint verba, quae sunt inscripta: Ἐπάνειμι πάλιν διὰ πόρου εἰς Μύνδον. Itaque existimamus, pro Ἀπὸ Πανόρμου esse scribendum Ἀπὸ Μύνδου. Denique ita si scribitur, etiam mensura CCC stadiorum convenit nec verba: Ἀπὸ δὲ τῆς Φαρμακούσης nescimus cur hoc loco posita sint. Mensura ρκ′ vera putanda est.

2) Haec nunc Formaco dicitur. Sunt autem propter eam plures minores, quae et ipsae ita dici solebant. De illa haec apud Stephanum: Φαρμακοῦσσα, δύο νῆσοι πλησίον Σαλαμῖνος. Ἔστι καὶ ἄλλη ὑπὲρ Μιλήτου, ἐν ᾗ Ἄτταλος ἀνῃρέθη. Τὸ ἐθνικὸν Φαρμακουσαῖος ἢ Φαρμακούσιος.

3) Haec mensura nimis magna est. Ad summum ducenta sunt stadia a Mileto Samum urbem.

4) Non alias nisi cum stadiorum ratio putatur, in hoc periplo στάδιοι usurpatum est. Numerus autem βφ′ videtur rectus esse.

5) Non dicit scriptor, unde traiecerit in Cyprum insulam, sed praeceptum Horatianum secutus nos in res medias rapit; infra tamen accipimus, eum a Carpasia in promontorium transmisisse Anemurium. Quivis videt εἰς esse delendum. De Acamante autem apud Strabonem sic est, l. XIV, c. XIV: Ὁ δ' Ἀκάμας ἐστὶν ἄκρα δύο μάστους ἔχουσα καὶ ὕλην πολλήν, κείμενος μὲν ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν, ἀνατείνων δὲ πρὸς ἄρκτους, ἐγγυτάτω μὲν πρὸς Σελινοῦντα τῆς Τραχείας Κιλικίας ἐν διάρματι σταδίων χιλίων· πρὸς Σίδην δὲ τῆς Παμφυλίας χιλίων καὶ ἑξακοσίων· πρὸς δὲ Χελιδονίας χιλίων ἐνακοσίων. Si quid coniicere licet (cuiuscunque rei probabilis aliqua ratio reddi potest, id nostra quidem iudicio omittendum non est; et qui id ludere esse dicunt, ii nobis parum videre videntur) sed si quid

coniiciendum est, unde hoc promontorium hoc Acamantis nomen acceperit, hoc suspicamur, cum, qui id circumvehi solebant, id silvis densissimis obtectum viderent et quasi mole eorum laborans, eos id ἀκάμας dixisse, quasi nunquam onere suo fatigaretur (quis nescit, multa esse propria locorum nomina ut ita dicam poetica?) sed cum id verbum etiam nomen proprium esset, factum esse postea, ut promontorium id ab Acamante quodam putaretur nominatum eamqueobrem ὁ Ἀκάμος diceretur.

6) Inter Paphum urbem promontoriumque Acamantem nullum aut portum fuisse aut oppidum, Strabo quoque his verbis, quae paulo inferius, quam superiora sunt, significat: *Εἶθ' ὁ Ἀκάμας ἐστὶ μετὰ Πάφον.* Multo accuratius in hoc periplo Paphos descripta est quam a Strabone, qui tantum haec scripsit: *Εἶθ' ἡ Πάφος, κτίσμα Ἀγαπήνορος, καὶ λιμένα ἔχουσα καὶ ἱερὰ εὖ κατεσκευασμένα.* Ac primum ea in periplo ad meridiem posita dicitur, quod ita intelligimus, ut collibus ad septentrionem cingentibus, ut ita dicam, acclinis esset; tum dicitur triplici instructa portu, quod vere dictum esse facile hinc intelligitur, quod ad occasum promontorium fuit, quo ad meridiem vergente magnus sinus portusque plures efficiebantur, quae ratio sinus simul ostendit, portum fuisse ab omnibus tutum ventis. Pauca nobis videntur de eo dicenda esse, quod hanc Paphum Strabo conditam ab Agapenore dicit, eum autem ducem Arcadum fuisse revertentemque a bello Troiano huc appulsum esse, memoriae ab aliis proditum est. Saepe autem hoc mirati sumus, quod ea res, cum esset ita memoriae prodita, etiam credita est atque omnes ita scribunt, Paphum conditam esse ab Arcadibus. Paphum igitur veterem coloniam Phoenicum esse, cum alia docent tum veneratio ac simulacrum deae Veneris. Tamen Venus per Graecos demum facta est, cum Phoenicibus dea esset alia, quam etsi Graeci, cum antiquis incolis consociati, pariter atque hi venerari coeperunt, tamen mox per eos, ut ita dicam, religio numinis alia facta est, sed tamen formam eius cuneo albo similem ii quoque retinuerunt. Conferatur Taciti hist. lib. II. c. 43. Haud fuerit longum, initia religionis, templi situm, formam deae, (neque enim alibi sic habetur) disserere. Simulacrum deae non effigie humana; continuus orbis latiore ambitu; Max. Tyr. diss. XXXVIII *Παφίοις μὲν ἡ Ἀφροδίτη τὰς τιμὰς ἔχει· τὸ δὲ ἄγαλμα οὐκ ἂν εἰκάσαις ἄλλῳ τῳ ἢ πυραμίδι λευκῇ;* Servius ad Aeneid. libr. I. Apud Cyprios Venus in modum umbilici, vel, ut quidam volunt, metae colitur. Haec igitur constare putanda sunt, Phoenices novas sedes quaerentes ad litus Cypri, quod est ad occasum solis, appulisse et aliquo a mari spatio in monte (antiquissimi homines praesidii causa montes ad oppida condenda deligere solebant) oppidum condidisse idque nomine, quod simile esset Papho, nominavisse, nam id nomen Graeci ipsorum accommodarunt sermoni. Sed haud dubie factum est, ut etiam aliqui ibi, ubi postea nova Paphus fuit, propter summam opportunitatem loci navigandi ac mercaturae causa considerent. Cum vero posthac, id est aliquam diu post Troica tempora Graeci relictis, quas postremum habuerant, sedibus ad eadem loca venissent, partim eorum cum Paphiis habitare coeperunt, partim cum iis, qui ad portum consederant, alii in agros concessere. Sed qua vel quibus nationibus hi Graeci fuerint et utrum uno tempore venerint an alii alio, has res vix investigari licet, sed eos Arcades fuisse eorumque duce Agapenore Troia eversa illuc venisse, id

σταδ. τ.′ πόλις ἐστὶ κειμένη πρὸς μεσήμβρια· ἔχει δὲ λιμένα τριπλοῦν παντὶ ἀνέμῳ καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης. Ἀπὸ Πάφου εἰς Νουμήνιον [1]· νῆσός ἐστιν ἔχουσα πήγην· ὁ δὲ πλοῦς βραχὺς·

id promontorium ad sinistram habenti, ad Paphum stadia 300. Urbs sita est ad meridiem. Habet autem portum triplicem, ab omni vento tutum, et templum Veneris. A Papho ad Numenium

eo nostra quidem sententia refellitur, quod diu post bellum Troianum et tum quidem cum cetera quoque Asia Graecis, Graeciam relinquentibus, incoli coepta est. Nec vero magnam simul multitudinem venisse, hinc videtur nobis concludi debere, quod, ut apparet, cum Phoenicibus se coniunxerunt eorumque sive magistratibus sive regibus paruerunt. Namque hoc dicendum putamus, Phoenices patrium secutos morem unum ipsorum rebus praeesse voluisse, qui tamen magistratus et hereditarius et pene regius erat. Diximus, cum Phoenicibus, qui ipsi quoque iam ad mare consedissent, postea etiam Graecos se homines coniunxisse. Quod primo perparvum oppidum cum navigatione et commercio propter summam opportunitatem loci divitiis cresceret, tum in campo montibus cincto positum multitudine eorum, qui illuc habitatum concedebant magis magisque augeretur, ita quasi nova Paphos facta sic etiam nominata est, praesertim cum, quod certe factum est, in novam urbem rex nobilissimique concessissent. Sed quamquam etiam in hac templum Veneris extructum est, tamen quod erat apud veteres Paphios, perrexit religiosissime coli nec a Paphiis solum sed etiam a reliquis Cypriis, quorum id commune fuit sacrum, quo factum est, ut Palaepaphos, quamquam nova condita omnia illuc confluerent, non tamen plane desereretur. Ea fuit ibi, ubi nunc vicus Concleh est, apud quem etiam reliquiae antiquae urbis reperiuntur. Neopaphus autem nunc et ipsa vicus et plena rerum antiquarum vetus Baffa dicitur, nam nova Baffa mille passuum ad orientem ab illa condita est.

1) Vix potest dubium esse, quin hoc Numenion eadem insula intelligi debeat, quam Plinius vocat Hierocepiam. Contra Neampaphum, inquit, Hierocepia, contra Salamina Salaminiae (scire licet insulae). Strabo autem haec Hierocepiam num insulam dicat an oppidum, non satis liquet. Uno loco haec dicit: *Εἶτ᾽ ἄκρα Ζεφυρία, πρόσορμον ἔχουσα, καὶ ἄλλη Ἀρσινόη, ὁμοίως πρόσορμον ἔχουσα· καὶ ἱερὸν καὶ ἄλσος· μίκρον ἀπὸ τῆς θαλάττης καὶ ἡ Ἱεροκηπίς. Εἶθ᾽ ἡ Πάφος κὲ*; altero haec: *Τί δὲ δεῖ τῶν ποιητῶν θαυμάζειν, καὶ μάλιστα τῶν τοιούτων, οἷς ἡ πᾶσα περὶ τὴν φράσιν ἐστὶ σπουδὴ, τὰ τοῦ Δαμάστου συγκρίνοντας, ὅστις τῆς νήσου τὸ μῆκος ἀπὸ τῶν ἄρκτων πρὸς μεσημβρίαν ἀποδίδωσιν, ἀπὸ Ἱεροκηπίας, ὥς φησιν, εἰς Κλεῖδας; Οὐδὲ ὁ Ἐρατοσθένης εὖ· αἰτιώμενος γὰρ τοῦτον, οὐκ ἀπ᾽ ἄρκτων φησὶν εἶναι τὴν Ἱεροκηπίαν, ἀλλ᾽ ἀπὸ νότου· οὐδὲ γὰρ ἀπὸ νότου, ἀλλ᾽ ἀπὸ δύσεως, εἴπερ ἐν τῇ δυσμικῇ πλευρᾷ κεῖται, ἐν ᾗ καὶ ἡ Πάφος, καὶ ὁ Ἀκάμας.* Priore loco non est dubium quin Hierocepis locus in continente Cypri dicatur, posteriore dubium est, praesertim cum etiam dicat *Ἱεροκηπία*, quamquam et tota ratione verborum idem qui ante locus significari videtur et etiam, si Strabo insulam intellexisset, id addidisset, sed tamen existimamus, et a Damasto et ab Eratosthene Hiero-

ὅταν δὲ ἐγγίσῃς τῷ νησίῳ, τὴν γῆν θλίβε δεξιᾷ· σταδ. ρκε΄. *Ἀπὸ Νουμηνίου εἰς Παλαίπαφον*[1] *σταδ. ρκε΄ Ἀπὸ Παλαιπάφου εἰς Τρίτους*[2] *· ἀκρωτήριόν ἐστι· σταδ. ν΄ Ἀπὸ τοῦ Κυριακοῦ*[3] *εἰς*

Insula est, quae habet fontem. Navigatio est brevis. Cum autem adpropinquaris insulae, a dextra preme terram. Stadia sunt 125. A vetere Papho ad Treta stadia 50. Promontorium est.

cepiam intelligi insulam, tametsi in eius sunt situ falsi; etiam Clides, ad quas usque ab Hierocepia lineas ducunt, non promontorium nobis videntur, sed insulas intellexisse. Strabo si utroque loco putari posset intellexisse insulam, esset priore loco ita scribendum: *μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς κέ*, sed cum utroque loco eundem locum intellexisse videatur, hoc constat, eum errare. Nos autem sic existimamus, illam parvam insulam, quae contra Paphum esset, (est autem ibi insula teste tabula Pocockiana) proprie dictam esse *Νυμήνιον* idque, ut nobis quidem videtur, propter formam rotundam; sed cum in ea esset hortus Veneris sacer (nam haec dea certe intelligi debet) dicta est *νῆσος* vel *ἱεροκηπὶς* vel *ἱεροκηπία*, ut ita dicam, sacrohortensis (heilige Garteninsel). Si tamen Straboni in eo fides habenda esset, *τὴν Ἱεροκηπίδα* locum fuisse in continente Cypri et fortasse pene in extremo quodam promontorio, posset existimari, insulam Hierocepiam, prope sitam, ab hac Hierocepi esse appellatam, sed huic sententiae cum alia tum maxime hoc refragatur, quod cum *ἡ Ἱεροκηπὶς* vix oppidum fuerit sed locus quidam sacer, genus femininum supplendo verbo *πόλεως* non habet explicationem, habet supplendo *νῆσος*. Mensura *ρκέ* recta putanda est.

1) De Palaepapho haec Strabo: *Παλαίπαφος, ὅσον ἐν δέκα σταδίοις ὑπὲρ θαλάττης ἱδρυμένη, ὕφορμον ἔχουσα καὶ ἱερὸν ἀρχαῖον τῆς Παφίας Ἀφροδίτης.*

2) Post Curium apud Ptolemaeum duo promontoria sunt, *Φρούριον* et *Δρέπανον*; Strabo et tria habet promontoria et alia eorum nomina. Ita enim loquitur: *Ἀρχὴ δ᾽ οὖν τοῦ δυσμικοῦ περίπλου τὸ Κούριον, τοῦ βλέποντος πρὸς Ῥόδον· καὶ εὐθύς ἐστιν ἄκρα, ἀφ᾽ ἧς ῥίπτουσιν τοὺς ἁψαμένους τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος· εἶτα Τρῆτα καὶ Βοόσουρα καὶ Παλαίπαφος.* Non potest autem dubium esse, quin Strabonis *Τρῆτα* hoc promontorium sit, quod in peripli apographo *Τρίτοι* dicitur. Quo etiam error Mannerti ceterorumque detegitur, Treta solum pro oppido habentium. Nihil saepius factum est, quam ut literae *η* et *ι* propter quandam similitudinem pronuntiationis inter se commutarentur, ut *Τελμησσὸς* et *Τελμισσός*, *Φασηλὶς* et *Φασιλὶς* (etiam in apographo *Φασιλὶς* scriptum erat, sed nobis invitis ab alio correctum est *Φασηλὶς*.) Sed fortasse *Τρῆτα* recta forma est idque nomen a *τιτράω* ducendum, ut promontorium fortasse ita diceretur, quod et saxosum esset plenumque foraminum (porös). Tum tamen accentus in ultima ponendus esset. Si vera mensura est nec spatium a Palaepapho usque ad Treta promontorium maius quam quinquaginta stadiorum, cum inter utrumque locum etiam aliud fuisse promontorium statuendum sit, intelligere licet quam multis, promontoriis Cypri litora ac quam prope inter se distantibus instructa sint, ut insula summo iure etiam *Cerastis* id est cornuum plena dicta sit

3) Quam multa exciderint, non statuimus, sed aliquid certe exci-

Μάθουντα[1] *σταδ. ρν'* *πόλις ἐστὶν ἀλίμενος· ἀσφαλίζου τὸν τόπον. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κυριακοῦ ἐπὶ Καργαίας*[2] *σταδ. μ'.*

A Curiade ad Amathuntem stadia 150. Urbs est importuosa. Cave ab hoc loco. A Curiade autem ad Cargaeam stadia 40. Promon-

dit; nam certe locus indicatus erat, ad quem a Tretis et a quo quantisque spatiis navigari soleret. Est difficile statuere, *Κυριακοῦ* utrum corruptela librarii putanda sit an in codice ita scriptum fuerit; nam posthac eodem modo *Κρομμυακοῦ* pro *Κρόμμυον* legitur. Neque enim negari potest, saepius in hoc periplo posteriores reperiri formas nominum, quas etiam apud Hieroclem invenimus. Quidni enim factum sit, ut pro *Κούριον* aut *Κρόμμυον* a posterioribus *Κουριακὸν* aut *Κρομμυακὸν* diceretur. Sed utcunque ea se res habet, *Κούριον* promontorium videtur certe intelligi debere. Id autem a veteribus tum *Κούριον* tum *Κουριὰς* dicitur, cf. Strabo: *εἶτα Κουριὰς χερρονησιώδης, εἰς ἣν ἀπὸ Θρόνων στάδιοι ἑπτακόσιοι. Εἶτα πόλις Κούριον, ὅρμον ἔχουσα, Ἀργείων κτίσμα;* atque perparvo intervallo post: *Ἀρχὴ δ' οὖν τοῦ δυσμικοῦ περίπλου τὸ Κούριον, τοῦ βλέποντος πρὸς Ῥόδον.* A Plinio et oppidum et promontorium dicuntur Curias, a Ptolemaeo promontorium Curium. Nos sic existimamus, initio in isto promontorio fuisse templum, nomine *Κούριον*, id est *ἱερὸν κούριον*, sacrum virginale, a quo sacro post et oppidum, quod in vicinia eius conditum erat, ita appellaretur et etiam promontorium, quod tamen postero tempore crebro etiam ab oppido (nam malim hoc dicere quam a templo) *κουριὰς* appellatum est, id est *ἄκρα κουριὰς* ab hocque promontorium.

1) In apographo *Μαθοῦντα*. Incolas huius urbis Scylax autochthones dicit, sicut etiam ab aliis posteriorum aetatum scriptoribus Amathus antiquissima urbs Cypri dicitur. Herodoto teste, quem Strabo aliique sequuntur, condita ab Argivis fuit. Num omnium antiquissima fuerit, nolim dicere, sed illud sine ulla dubitatione confirmarim, eam ex iis esse, quae primum conditae sunt. Putamus, primos incolas Phoenices fuisse et Aegyptios et hos ex eis nationibus quae Hyksos dictae sunt: nam summa religione in hac urbe templum Adonidis Osiridis fuit, quo etiam factum videtur, ut Scylax Amathuntem ab autochthonibus diceret conditam. Cum processu temporis, (quo id autem tempore factum sit, pro certo dici nequit,) etiam Graeci huc venissent veteribusque se incolis consociassent (hos autem Graecos natione Argivos fuisse, proditum illud quidem memoriae est, sed non etiam pro vero existimandum: quis enim nescit, quibus nugis argumentorum ducti logographi id coniecerunt) sed a Graecis urbis nomen, quod antea haud dubie aliud erat, graecum factum est ab *ἀμαθῳ* Nunc sermone italico Limesolvecchio id est vetus Limesole dicitur, qui vicus quadraginta stadiis ab oppido abest Limesol. Amathuntem autem non habere portum, videtur id quidem a nemine veterum tradi, sed confirmatur ab iis, qui hoc et priore saeculo ibi fuerunt. Mensura CL' stadiorum fortasse recta est.

2) Fuit igitur periplo teste inter Curium atque Amathuntem promontorium *Καργαία*. Id apud neminem alium inveneris commemoratum, ut, sitne verum nomen an non sit, statuere non liceat. Cum antea Amathus a Cu

ἀκρωτήριόν ἐστιν ἔχον λιμένα ὕφορμον καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πηδαλίου[1] ἐπὶ νήσους[2] σταδ. π.′ πόλις[3] ἐστὶν ἔρημος, λεγομένη

torium est, portum habens et stationem navium et aquam. A Pedalio autem ad insulas stadia 80. Urbs est deserta, dicta Am-

rio centum quinquaginta stadiis abesse diceretur, cuius mensuram intervalli veram esse suspicati sumus, intelligitur, quam non longe haec Cargaea a Curio abfuerit, a quo tantum stadiis quadraginta abesse dicitur, si modo integer in apographo numerus est. Iam supra videbamus a Strabone promontorium Curiada peninsulae dici simile idque quam rectissime ab antiquo geographo dicatur, Pocockii et descriptio docet et tabula. Si autem Pocockio fides habenda est urbsque Curium putanda ibi condita fuisse, in qua vicinia hodie vicus Episcopi est et murus summae antiquitatis reperitur, et si existimandum est, non modo ad Curium urbem sed etiam ab ea mensuras a scriptore esse descriptas, putamus, hoc promontorium Cargaeam id ipsum esse, quod hodie italico verbo Cap Gatto aut Gatte dicitur, in quo fuit monasterium Sancti Nicolai. Quamquam enim tota peninsula a templo supra illam extructo promontorium Curias dici solita est, tamen fieri etiam hoc potuit, ut aliud promontorium, quod ab eo ipso prominebat, praesertim si id portu et salo et aqua instructum esset, suum proprium nomen haberet. Atque huic opinioni nostrae etiam mensura, quae scripta est, suffragatur.

1) Vehementer dolendum est, tam multa in hoc periplo Cyprio sive librarii culpa excidisse sive quacunque alia re. Iam adversativa δὲ hoc loco declarat, omnia inde a Cargaea usque ad Pedalium interisse. Huius Pedalii Strabo quoque recordatur, qui haec addit: εἶτ' ἄκρα Πηδάλιον, εἰς ἣν ὑπέρκειται λόφος τραχὺς, ὑψηλὸς, τραπεζοειδὴς, ἱερὸς Ἀφροδίτης, εἰς ὃν ἀπὸ Κλειδῶν στάδιοι ἑξακόσιοι ὀγδοήκοντα. Cum Clides insulae ad septentrionem Cyprum terminent, existimare debemus, Pedalion accipi a Strabone extremam partem insulae ad meridiem, quo eodem ratione stadiorum ducta ducimur. Hoc cum ita sit, quod hodie promontorium Grega aut etiam Graecia dicitur, id vetus Pedalium putandum est. Est id autem eius cum longi tum lati promontorii, in quod ad meridiem insula exit, cornu ad orientem spectans; quod enim cornu ad occasum spectat et ad meridiem, id est promontorium Throni id est Sedes. Recte autem iam Mannertus animadvertit, non id promontorium a poetis veteribus Idalium dici, (eam ob causam apud Strabonem pro Πηδαλίῳ scribi voluerunt Ἰδάλιον,) sed illum collem altum et similem mensae. Atque in hoc colle sine dubio etiam illud oppidum Idalium fuit, quod Plinius pridem interisse ait, istudque vel his Servii verbis: Idalium, Cypri nemus est, in quo oppidum breve, vel hac puerili confirmatur originatione nominis, quae apud Stephanum est: Ἰδάλιον, πόλις Κύπρου. Χρησμὸς γὰρ ἐδόθη, ὅπου ἴδοι τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα, πόλιν κτίσαι. ὁ οὖν Χαλκήνωρ περιιὼν, τὶς τῶν σὺν αὐτῷ ἔφη, ἰδοὺ, βασιλεῦ, τὸν ἥλιον· ἀφ' οὗ ὀνομάσθαι τὴν πόλιν.

2) In tabula Pocockiania operis videmus tres insulas, aliam supra aliam, quae tamen non videntur esse, quae a veteribus Salaminiae dici solebant.

Ἀμμόχωστος· ἔχει δὲ λιμένα παντὶ ἀνέμῳ· ἔχει δὲ ἐν τῇ καταγωγῇ χοιράδας· διαφυλάττου. Ἀπὸ τῶν νήσων εἰς Σαλαμῖνα [1] σταδ. ν.' πόλις ἐστὶ λιμένα ἔχει. Ἀπὸ Σαλαμῖνος εἰς Παλαιὰν [2]

mostos. Habet autem portum tutum ab omni vento; habet autem in aditu rupes. Esto cautus. Ab insulis ad Salamina stadia 50. Urbs est, quae habet portum. A Salamine ad Palaeam

3) Pleraeque editiones Ptolemaei primum locum, qui sit a meridie in orientali litore insulae, habent promontorium Pedalium, pro quo tamen in editione Erasmiana substituta Ἀμμόχωστος est, quod nomen ceterae omnes non habent. Videtur id autem ita factum esse, ut cum in antiquis libris scriptis utrumque quidem nomen inveniretur, sed numeri uni, librarii ponerent alius aliud nomen. Nec dubium potest esse, quin haec Ammochostus, hoc est arena accumulata, quam dixi solum in hoc periplo et in Erasmiana editione Ptolemaei commemorari, ea sit urbs, quae nunc Famagosta aut Famagusta dicitur. Primum enim Crusius in libro Turcograecia inscripto p. 209 ait, hoc oppidum etiam tum ab incolis Graecis dici solitum τὴν Ἀμμόχουστον, alterumque argumentum hic noster periplus suppeditat, quod hoc est, in aditu portus scopulos esse, ut caute intrari debeat. Nam quamquam interpretatio germanica Pocockiani operis ut saepe alias ita hoc loco obscura est, hoc tamen indicari videtur, portum aliqua parte cingi rupibus. Hoc significandum est, in hoc periplo ἐκεῖ, quamquam id exspectes, nunquam poni, ut saepe, ut hoc loco, quo quae dicta sunt referri debeant, nescias. Quod additur, portum ab omnibus esse ventis tutum, id ita est, nam is ad septentrionem spectat.

1) Si ab Ammochosto putandus est cursus confectus, mensura est certe quinquaginta stadiorum. Communis opinio est, hanc Salaminem a Teucro conditam esse, qui cum aliter atque cum patre pactus esset, Troia eversa sine fratre in Salamina redux factus esset, a patre patria prohibitus cum commilitonibus dicitur in Cyprum venisse, in eiusque insulae litore orientali alteram aedificavisse Salamina. Bella fabula, sed tamen non ita bella, ut fides ei ulla haberi debeat; nam rem totam finxerunt logographi. Sic se potius res habet. Initio in illa parte litoris Cyprii Phoenices consederant quodamque a mari spatio oppidum in monte aedificarant, quod quia montem fere totum cingebat, a Graecis illuc venientes Κορώνη dictum est; (nam quod eius phoenicium fuerit nomen, nescimus.) Numero advenarum maxime Graecorum postea aucto novam urbem condidere ad mare et loco quidem ad appellendum aptissimo, quam ut alia quoque oppida, propterea quod essent in locis maritimis aedificata, Σαλαμῖνα vocaverunt. Ac si quidquam originem urbis phoeniciam probat, hoc probat, quod Lactantius lib. 1, cap. 21 haec narrat: Apud Cypri Salaminem humanam hostiam Iovi Teucrus immolavit, idque sacrificium posteris tradidit, quod est nuper Hadriano imperante sublatum. — Portus hodie sabulo impletus est vicusque, qui est ibi, vetus Famagusta dicitur.

2) Etiam Strabo habet inter Citium atque Amathuntem κολίχνην, Παλαιὰν καλουμένην, Pocockiusque dicit in ista se regione reliquias veterum murorum repe-

σταδ. ρκ.' Κώμη ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Παλαιᾶς ἐπὶ τὸν Φιλεοῦντα σταδ. τ.' Ἀπὸ Φιλεοῦντος[1] ἐπὶ τὰ ἄκρα[2]

stadia 120. Vicus est et portum habet et aquam. A Palaea ad Elaeunta stadia 300. Ab Elaeunte ad promontorium [Clides] sta-

viri. Sed existimandum est, hoc quoque loco, quem auctor peripli significat, urbem fuisse, dictam Palaeam.

1) Hoc vix verum est nomen. Ptolemaeus supra Salamina ponit promontorium, nomine Ἐλαίαν. Quid? nonne Ἐλαιοῦντα scribendum est? Est perquam credibile, quod promontorium hodie Peda dicitur, id hunc Elaeunta esse. De mensura non judico.

2) Quae haec ἄκρα sint, dubitari non debet. Sunt ἄκρα illud promontorium, quod ad orientem extrema pars insulae est. Strabo, qui promontorii mentionem facit, nomen addit nullum, sed illud appellatum esse Κλεῖδες, e pluribus licet scriptoribus intelligere, veluti ex Herodoto, qui. V. 108 haec dicit: Τῇδε δὲ νηυσὶ οἱ Φοίνικες περιέπλεον τὴν ἄκρην, αἳ καλέονται Κλεῖδες τῆς Κύπρου; atque ex his Hesychii verbis: Κλεῖδες ἀκρατεῖς, Κύπριον, quae verba corrupta recte sic emendavit Meursius: ἄκρα τῆς Κύπρου. Quod autem viri eruditi putarunt, etiam a Plinio id promontorium Clides dici, in eo falsi sunt. Nam is haec dixit: „Mare, quod praetenditur, aulona Cilicium vocant. In eodem situ insula Eleusa est et quattuor ante promontorium ex adverso Syriae Clides, rursusque ab altero capite Stiria.“ Est autem potius post Syriae interpungendum, ut Clides nomen quattuor sit, quae dicuntur, insularum. Nec profecto magis, quod idem viri docti putaverunt, Stiria promontorium est, sed item insula; est autem haud dubie intelligenda ea, quae nunc insula divi Nicolai propterea nominatur, quod in ea est monasterium, in Nicolai honorem aedificatum. Si vero Plinius putavit, quod videtur recte ex verbis ejus concludi posse, Stiriam insulam ita ante alterum caput insulae, quod est promontorium Acamas, esse sitam, ut ea, quemadmodum Clides insulae ad orientem sunt extremae Cypri partes, ita extrema Cypri pars ad occidentem sit, in eo erravit; nam ibi non ulla est insula, sed Stiria intra illum magnum est sinum, qui promontorio Callinusa efficitur et promontorio Acamante. At tamen potest esse, ut Plinii verba interpretanda ita sint, ut Stiria vicina promontorio Acamanti esse dicatur. Sed ut ad Clides revertamur, hoc constat, hoc nomine a Plinio promontorium, de quo agitur, non esse appellatum, ex quo tamen non sequitur, hoc nomen promontorii ei ignotum fuisse, quamquam promontorium commemorat Dinaretumque dicit, ut haec probant verba: „Longitudinem Cypri inter duo promontoria, Dinaretum et Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus CLII. D. Timosthenes CC (prodidit).“ Intelligimus, extremum insulae Cypri quasi cornu a Plinio dici Dinaretum. Nos autem putamus, promontorium Clides plura habuisse capita, quorum id, quod longissime ad ortum promineret, Romanorum temporibus appellaretur Dinaretum, quod verbum num a Graeco aliquo adjectivo verbali ducendum sit, vehementer dubitare licet. Quoquo autem modo id se habet, hoc dubium vix esse potest, quin Clides plura cornua aut capita habuerit, ita ut scripturam, quae est in apographo peripli, ἐπὶ τὰ ἄκρα veram

σταδ. ξ.' ὅρμοι εἰσὶ δύο, ὁ μὲν ἐπιγαρωπὸς, ὁ δὲ λευκός, ἔχοντες ἑκάτεροι ὕδωρ· ἐπίκειται δὲ ἐπάνω ἱερὸν Ἀφροδίτης·[1] *ἐπίκεινται δὲ καὶ νῆσοι δύο*[2] *ἔχουσαι ἀμφότεραι, ἀνάπλους. Ἀπὸ τοῦ Ἀνεμουρίου τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα τῆς Κύπρου σταδ. ψ.'*[3] *Ἀπὸ Ἀκάμαντος ἔχων δεξιὰν τὴν Κύπρον εἰς Ἀρσινόην*[4] *τῆς Κιλικίας σταδ. σο.' πόλις ἐστί· λιμένα ἔχει ἔρημον. χειμάζει βορέου. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κρομυακοῦ*[5] *ἐπὶ τὸ Μελα-*

dia 60. Sunt duo portus. Alter est caeruleus, alter albus. Uterque habet aquam. Supra autem situm est templum Veneris. Adiacent autem etiam duae insulae, quarum utraque habet aditum. Ab Anemurio promontorio Ciliciae ad Acamantem promontorium Cypri stadia 700. Ab Acamante dextram habenti Cyprum ad Arsinoen, urbem Ciliciae, stadia 270. Urbs est. Habet portum desertum. Hiberna a borea. A Crommyo autem ad Melabrum

esse putemus omninoque promontorium appellatum esse: die Spitzen. Atque hoc confirmatur periplo ipso, in quo haec sequuntur: *ὅρμοι εἰσὶ δύο, ὁ μὲν ἐπιχάροπος, ὁ δὲ λευκός.* Nam duplex portus probat promontorium quosdam quasi habuisse sinus. Pro *ἐπιγαρωπὸς* autem quin *ἐπιχάροπος* scribendum sit, non est dubitandum, quamquam id ipsum vocabulum a nullo videtur scriptore esse usurpatum; sed ut *ἐπίλευκος* dicebatur, ita etiam *ἐπιχάροπος* dici potuit. *Τὰ ἄκρα* autem ab hoc scriptore promontorium intelligi Clides, verbis efficitur eis quae sequuntur.

1) Haec praeclare his Strabonis verbis confirmantur: *εἶτ' ἄκρα καὶ ὄρος· ἡ δ' ἀκρώρεια καλεῖται Ὄλυμπος, ἔχουσα Ἀφροδίτης Ἀκραίας ναὸν, ἄδυτον γυναιξὶ καὶ ἀόρατον.* Hoc quod his postremis dictum est verbis, hinc nobis factum videtur esse, quod mysteria quasi quaedam in templo Veneris a viris celebrata sunt.

2) Idem Strabo dicit his verbis: *Πρόκεινται (τῇ ἄκρᾳ) δὲ πλησίον ἡ Κλεῖδες καὶ ἄλλαι δὲ πλείους.* Sed ante idem haec dixit: *Μῆκος δὲ ἀπὸ τῶν Κλειδῶν ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα πεζῇ σταδίων χιλίων τετρακοσίων ὁδεύοντι ὑπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν· Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν Κλεῖδες νησία δύο προκείμενα τῇ Κύπρῳ κατὰ τὰ ἑωθινὰ μέρη τῆς νήσου τὰ διέχοντα τοῦ Πυράμου σταδίους ἑπτακοσίους.* Hoc igitur loco Strabo duas insulas esse Clides dicit, quod idem peripli auctor dicit, illo praeterea alias plures. Plinius, ut supra vidimus, quattuor Clides insulas dicit, quod teste Pocockio ita est, nam quattuor sunt insulae ante promontorium Clides, quod nunc a Divo Andrea dicitur, sed earum duae non insulae, sed scopuli sunt, ex quo cognoscimus, duas majores a Strabone commemorari et peripli auctore, quarum utramque portum habere peripli auctor solus veterum prodidit.

3) Pro *ψ'* fortasse *φ'* scribendum est Nam Strabo a Crommyo promontorio ad Anemurium dicit stadia esse CCCL dicit, quod quamquam intervallum brevius est, quam quod est inter Clides et Anemurium, tamen non est alterum tantumdem.

4) De hac urbe diximus, cum de periplo Ciliciae ageremus; sed hoc additur, quod priore loco hic scriptor non dixit, in portum

βρὸν[1] *σταδ. ν.' ὅρμος ἐστὶ θερινός. Ἀπὸ Μελαβροῦ εἰς Σώλους σταδ. τ'.*[2] *πόλις ἐστὶν ἀλίμενος. Ἀπὸ Κώλων εἰς Κυ-*

stadia 50. Portus est aestivus. A Melabro ad Solos stadia 300. Urbs est sine portu. A Solis ad Ceryniam stadia 350. Urbs

Arsinoes non jam navigantes intrare, qumquam tutus a borea sit. Sed desertus portus desertam probat urbem.

5) Hoc constat a scriptore dici promontorium *Κρόμμυον*, sed potest factum esse, ut id inferioribus temporibus etiam appellaretur *Κρομμυακόν*. A veteribus illud promontorium tum *ἄκρα Κρόμμυον*, tum *ἄκρα Κρομμύου*, tum *ἄκρα Κρομμύων* scribitur, sed viri docti negaverunt *Κρομμύων* a veteribus dictum esse, nec vero etiam dici potuisse, cum promontorium non a copia caeparum nomen haberet, eamque ob causam scripturam *Κρομμύων*, quae est in omnibus, ut videtur, codicibus Strabonis, mutandam censuerunt in *Κρομμύου*. Est ita sane, ut promontorium, quia similitudinem caepae habere videretur, aut *ἄκρα Κρομμύου* diceretur aut *Κρόμμυον*. Sed post etiam *ἄκρα Κρομμύων* dictum est, cum quamobrem hoc nomen datum promontorio esset non jam essent memores. Nunc id Cormachiti appellatur.

1) Hoc oppidum sive promontorium a nemine commemoratur. Sitne igitur *Μελαβρὸν* verum nomen necne, non potest dici. Estne id promontorium, quod a Ptolemaeo *Καλλινοῦσα* dicitur? errore, ut videtur, editores Ptolemaei scripsere *Καλλινοῦσα*; nam quoquo modo factum est, ut hoc promontorium *Καλλίνουσα* diceretur, nomen a muliere aliqua, quae *Καλλίνουσα* id est ingeniosa dicebatur, accepit.

2) Plura sunt, quae de hac urbe commemoranda putemus. Ac primum de ejus ortu dicemus. Strabo Solos conditos esse dicit a Phalero et Acamante Atheniensibus. Plura hac de re Plutarchus memoriae prodidit eo libro, quem de vita Solonis scripsit: *Ἔπειτα πλεύσας* (Solon) *εἰς Κύπρον ἀγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου, τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων· ὃς εἶχεν οὐ μεγάλην πόλιν, ᾠκισμένην ὑπὸ Δημοφῶντος τοῦ Θησέως περὶ τὸν Κλάριον ποταμὸν, ἐν χωρίοις ὀχυροῖς μὲν, ἄλλως δὲ δυσχερέσι καὶ φαύλοις κειμένην. Ἔπεισεν οὖν αὐτὸν ὁ Σόλων, ὑποκειμένου καλοῦ πεδίου, μεταθέντα τὴν πόλιν ἡδίονα καὶ μείζονα κατασκευάσαι καὶ παρὼν ἐπεμελήθη τοῦ συνοικισμοῦ καὶ συνδιεκόσμησε πρός τε διαγωγὴν ἄριστα καὶ πρὸς ἀσφάλειαν· ὥστε πόλλους μὲν οἰκήτορας τῷ Φιλοκύπρῳ συνελθεῖν, ζηλῶσαι δὲ τοὺς βασιλέας. διὸ καὶ τῷ Σόλωνι τιμὴν ἀποδιδοὺς Αἴπειαν καλουμένην τὴν πόλιν πρότερον, ἀπ' ἐκείνου Σόλους προσηγόρευσε.* Plutarcho igitur auctore oppidum Aepea, quasi mater Solorum, a Demophonte Thesei filio conditum est, Soli autem Solone suasore atque adiutore a Philocypro Aepensium rege, cujus hospes sapiens ille factus erat. Nunc quaeritur, volueritne hoc Strabo dicere, Solos ipsos a Phalero et Acamante conditos esse, an hoc, ab his, non Demophonte, illam urbem antiquam Aepeensem esse conditam. Dubitamus, Strabonem, si Solos Solone auctore conditos esse putaret, id taciturum fuisse, qua re arbitramur, eum Solos ipsos a Phalero et Acamante conditos esse putavisse. Quae autem Plutarchus de Solone scripsit, quam omnino non de iis dubitatum olim sit, versus probant ii, quos Plutarchus ut a Solone ad regem Philocyprum scriptos affert. Sunt autem hi:

Νῦν δὲ σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων
Τὴν πόλιν εὖ ναίοις, καὶ γένος ὑμέτερον·
Αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηῒ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου
Ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος.
Οἰκισμῷ δ' ἐπὶ τῷδε χάριν καὶ κῦδος ὀπάζοὐ
Ἐσθλὸν καὶ νόστον πατρίδ' ἐς ἡμετέρην.

Atque prorsus eadem narrat Hipparchus, qui in vita Arati haec dixit: *Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ἐν Κιλικίᾳ Σόλων οἱ πολῖται Σολεῖς· ἀπὸ δὲ τῶν ἐν Κύπρῳ Σόλιοι· μέμνηται δὲ τούτων Σόλων, ἐν ταῖς Ἐλεγείαις ταῖς πρὸς Κυπράνορα τὸν βασιλέα, ὃς συμβουλευθεὶς ὑπὸ Σόλωνος κτίσαι, τὴν πόλιν χάριν τοῦ ἀνδρὸς Σόλους ὠνόμασεν, ἀμοιβὴν ταύτην νέμων τῆς συμβουλῆς αὐτῷ.* Quem regem Plutarchus Philocyprum dicit, eum Hipparchus Cypranora dicit, quod nomen idem atque illud significat. Alii reges Cypri Pasicypri et Aristocypri dicuntur, ut haec nomina non generis fuisse regii putemus, sed iis data regibus, qui ceteris rerum gestarum gloria excelluissent. Quamquam vero de iis, quae Plutarchus tradit, vix dubitari posse videtur neque etiam dubitatum est, nos tamen negamus ea vera esse; nam incredibile est, quam nulla in his rebus fides veteribus habenda sit, Non etiam Hipparchus Solos Cilicios a Solone conditos dicit? Similitudo nominum Solonis atque urbis Solorum veteres induxit ut Solos Solone auctore conditos scriberent. Non sane quidquam momenti illi versus habere possunt, quos ad Philocyprum Solon scripsisse fertur: nam ii, si quidquam, non Solonis sunt sed alius cujuspiam. Res autem, ut nostra fert opinio, ita se habet. Graeci cum illuc appulissent, ubi postea Soli fuerunt, a mari recesserunt sedemque aliquanto ab eo spatio statuerunt novamque urbem a loco, in quo condita erat, altam appellaverunt. Nec dubitamus, quin jam ante adventum Graecorum Phoenices eadem loca incolerent, propter quos Graeci post consederunt cum iisque se conjunxerunt. Hi autem advenae Graeci non Athenienses putandi sunt, sed Achivi. Atque hi illuc venerunt tempore illo, cum Dorienses ducibus Heraclidis Peloponnesum invaserunt ejusque incolas antiquos expulerunt. Fuerunt autem in primis Achaei, qui in Cyprum concesserunt; eorum enim quamquam magna pars, quae cum Doriensibus consociata, ante in Creta remansit, tamen alia pars aut recta aut e Creta navigavit in Cyprum. Neque enim fieri potuit, ut, cum neque in insulis maris Aegaei nec in Rhodo nec in ora Asiae minoris meridiana ulli coloni Graeci consedissent, Graeci usque ad Cypron navigaverint. Achivos autem, qui coloni in Cyprum navigavissent, inprimis fuisse, etiam hoc probat, qua isti ratione juxta Phoenices veteresque incolas consederunt; nam accepere eorum sacra, paruere eorum regibus; indoles enim Achivorum ac natura quasi mollior fuit ejusque modi, ut ipsi cum aliis se consociarent: et tamen indolem Graecorum propriam ita conservabant, ut ea nunquam desineret esse Graeca. Id autem fiebat eo, quod, etsi cum aliena gente conjuncti erant, tamen maxime inter se ipsi vivebant itaque et sermonem ipsorum et mores quodam modo conservabant, omninoque ita omnibus rebus agere solebant, quemadmodum id proprium esset ipsorum indolis ac naturae. Ita quamquam non suam habebant civitatem, tamen in ea maxime cum suis vivebant, ut quod, ut ita dicam, Graecum in ipsis esset, id vigeret. Sed fuerunt etiam, qui ad mare navigationis et mercaturae causa considerent, quae quo citius crescebant ac florere inci-

ρηναίου[1] σταδ. τν.' πόλις ἐστὶν· ἔχει ὕφορμον. Ἀπὸ Κυρηναίου εἰς Λάβαθον[2] σταδ. νν'. πόλις ἐστὶν ἔχουσα ὅρμον.

est. Habet locum ad appellendum. A Cerynia ad Lapethum stadia 450. Urbs est, quae stationem navium habet. A Lapetho

piebant, eo citius numerus incolarum augebatur, ut mox, ubi antea pauci habitabant, magna urbs oriretur. Ac tum etiam factum est, ut rex ipse ad comparandam classem propter aliaque commoda in hac nova urbe sedem suam constitueret. Ea autem nomen retinuit, quo initio locus, ubi processu temporis orta erat, appellabatur; is autem appellabatur *σόλοι*, quod in vicinia ferrum fodiebatur. Id cum ita sit, etiam aliter de scriptura *Σολοῦς* existimabitur, quae est in plurimis ac praestantissimis geographiae Strabonis codicibus, quam omnes editores inde a Casaubono rejiciendam putaverunt. Nam iste locus cum propter ferrum quod ibi inveniebatur *σόλοι* appellari soleret, non potuit non fieri, quin etiam *σολόεις* aut contracto verbo *σολοῦς* diceretur. Eodem modo urbs *Ἀμαθοῦς* propterea dicta est ita, quod in loco sabuloso condita erat. Nec dubitandum est, quin eandem ob rem et qui Soli in Cilicia et qui in Sicilia erant ita nominati sint. Atque argumento sunt ea, quae Stephanus scripsit: *Σόλοι, Κιλικίας πόλις, ἡ νῦν Πομπηΐου πόλις· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Κεκλήθη δὲ ἀπὸ Σόλωνος, ὡς Εὐφορίων —. Ἀνεκτίσθη ὑπὸ Πομπηΐου καὶ μετωνομάσθη Πομπηϊούπολις· Ὁ πολίτης Σολεὺς καὶ Σόλιος. Τὸ θηλυκὸν Σολουντίς, ὡς ἀπὸ τοῦ Σολοῦς, Σολοῦντος*; et statim post: *Σολοῦς, πόλις Κιλικίας, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ. Ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Σολοῦντος κακοξένου, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς. Ὁ πολίτης Σολούντιος καὶ Σολουντινὸς μετὰ τοῦ ν καὶ Σολουντινὶς καὶ Σολουντιὰς καὶ Σολουντίς.* Denique hoc ut addamus, scriptura *Σῶλοι*, quae est in apographo, aliqua tenus his verbis, Stephani confirmatur: *Διονύσιος δ' ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν Σόλους Σώλειαν λέγει διὰ τοῦ ω τὴν πρώτην καὶ τὴν δευτέραν διὰ τοῦ διφθόγγου.* Nec tamen minus hoc loco *Σώλους* pro mendo putandum est.

3) Haec mensura nobis videtur in π' mutanda esse. Quod statim additur, Solos non habere portum, id fortasse scriptoris tempore ita fuit, sed Pocockio teste oportet Solos aliquando non modo portum sed etiam navale habuisse.

1) Hujus urbis nomen a quovis fere scriptore aliter scriptum est. Apud Scylacem est *Κυρηνία*, apud Stephanum primum *Κορώνεια* dicitur, nam apud eum est: *Κορώνεια, τετάρτη πόλις Κύπρου*; tum *Κυρηνία*, nam ibi haec scripsit: *Πηγαί. παροικία Μεγαρέων. Οἱ οἰκήτορες Πηγαῖοι. Ἔστι δὲ καὶ πόλις ἐν Κυρηνίᾳ τῆς Κύπρου.* Dicunt quidem viri docti, etiam *Κορώνην* a Stephano dici hanc urbem, sed in eo falli nobis videntur; nam ista *Κορώνη*, quam Stephanus partem Salaminis fuisse dicit, omnium minime haec urbs est, de qua agimus. Sunt autem istius verba haec: *Κορώνη, πόλις Μεσσήνης, ὡς Ἀπολλόδωρος ἑβδόμῳ τοῦ καταλόγου. ὁ πολίτης Κορωνεὺς καὶ Κορωναιεὺς καὶ Κορωναῖος. Ἔστι καὶ Κορώνη, μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ.* Quis non videt, aliquam partem urbis Salaminis Coronen dictam esse idque Stephanum voluisse dicere? Cf. etiam Porphyrius de abst.: *Ἐν τῇ νῦν Σα-*

Ἀπὸ Λαπάθου εἰς Καρπασαίαν[1] *σταδ. τν.' πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα μικροῖς πλοίοις· χειμάζει βορέου. Ἀπὸ Καρπασαίας ἐπὶ τὰ ἄκρα*[2] *σταδ. ρ.' ἐντεῦθεν μετέβημεν εἰς τὸ Ἀνεμούριον. Ὁ πᾶς περίπλους τῆς Κύπρου σταδ. ασν.'*[3] *Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Κυριακίου*[4] *εἰς τὸ Πηλούσιον σταδ. ,ατ*[5] *. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κήπου*[6] *τῆς Κύπρου εἰς Ἀσκάλωνα σταδ. ,γτ.'*

ad Carpasiam stadia 350. Urbs est. Habet portum parvis navigiis. Hiberna a borea. A Carpasia ad Clides stadia 100. Inde traiiciebamus ad Anemurium. Tota circumvectio Cypri est stadiorum 4250. Ab eodem Curiade ad Pelusium stadia 4300. Ab Cittio autem urbe Cypri Ascalona stadia 1300.

λαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, νυνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος. Apud Constantinum in catologo urbium est *Κυρήνεια.* Sed recte haud dubie in codicibus Diodori bibliothecae scripta est urbs *Κερυνία,* quam tamen scripturam male editores in *Κυρηνία* mutaverunt. Ptolemaei editiones praeter Erasmianam, quae *Κεραυνία* habet, omnes habent *Κερωνία.* Mirum est, quod haec urbs, cujus etiamnunc et vestigia et nomen extat, a Strabone omissa est. — Quamqum promontorium Crommyon, fere longissimum hujus litoris, quod circumnavigandum est, si quis Solis Ceryniam navigat, tamen ad hunc cursum conficiendum vix trecentis quinquaginta stadiis opus est.

2) Haec urbs media inter Solos et Ceryniam sita fuit, ut mirari subeat, cur ejus non ante Ceryniam scriptor hic mentionem fecerit. A Solis aberat triginta tria stadia terra proficiscenti; multo propius aberat a Cerynia, ita ut numerus *νν'* prorsus falsus sit. Fortasse scribendum est *ν'.* Urbs autem et *Λάπαθος* et *Λάπηθος* dicta est, quam posteriorem scripturam cum Plinio sequendum esse putavimus.

1) Haec urbs non eodem modo scripta a veteribus est, a Scylace *Καρπάσεια,* a Dionysio in Bassaricis teste Stephano *Κάρπασος*; ita a Constantino quoque; a Plinio Carpasium; a Strabone *Καρπασία,* quod fuit sine dubio nomen usitatissimum. Numus hujus oppidi descriptus in thesauro Goltziano inscriptus est *ΚΑΡΠΑΣΙΕΩΝ,* quem tamen apud Mionnetium non invenias.

2) Conferantur, quae supra diximus p. 289.

3) Multo major circuitus Cypri est, quem teste Plinio Timosthenes CCCCXXVIII mill. pass., quae sunt stad. MMMMCCLXXX; Isidorus CCCLXXV m. p., quae sunt stad. MMMDCCL, prodidit. Quod cum ita sit, fortasse *α* mutandum est in *δ,*.

4) Desunt aliqua. De *Κυριακίου* cf. p. 291. n. 5.

5) Nec magis rectus est hic numerus. Hic quoque scribendum est *,δτ',* tametsi promontorium Curias longissime in mare Aegyptium prominet.

6) In hac corruptela latet *Κιτίου.* Numerus, qui sequitur multo major est, cum Strabo Citio Berytum MD stadia esse dicat.

Κρήτης περίπλους.

Ἀπὸ τοῦ Κασίου[1] ἐπὶ τὸ Σαμώνιον[2] τῆς Κρήτηςσταδ. φ'. ἀκρωτήριόν ἐστι τῆς Κρήτης ἀνέχον πρὸς βορᾶν ἐπιπολύ· ἐστὶ

Periplus Cretae.

A Caso usque ad Sammonium Cretae stadia 500. Promontorium est Cretae, longissime ad septentrionem versus porrectum.

1) Scribendum est *Κάσου*, nam intelligenda est insula Casus.

2) Non satis recte viri eruditi de hoc nomine existimant, cum negent Salmonium, ut apud Strabonem libro decimo extremo in omnibus scriptum est codicibus, ferri posse. Neque enim dubitamus, quin initio promontorium, de quo agimus, *Σαλμώνιον* dictum sit idque vocabulum certi quid, quidquid id est, significet: nam fuit etiam oppidum Pisani agri, nomine Salmone; ac fortasse Salmonium etiam a Salmone, quod esset in promontorio oppidum, ducendum est, nam in actis apostolorum, cap. XXVII, v. VIII, hoc promontorium *Σαλμώνη* appellatur. Nec non Apollonius Rhodius IV, 1694. id *Σαλμωνίδα ἄκρην* dicit:

Κεῖνο μὲν οὖν Κρήτῃ ἔνι δὴ κνέφας ηὐλίζοντο
ἥρωες· μετὰ δ' οἵ γε νέον, φαέθουσαν ἐς ἠῶ
ἱρὸν Ἀθηναίης Μινωΐδος ἱδρύσαντο,
ὕδωρ τ' εἰσαφύσαντο καὶ εἰσέβαν. ὥς κεν ἐρετμοῖς
παμπρώτιστα βάλοιεν ὑπὲρ Σαλμωνίδος ἄκρης.

quo scholiasta addit, hanc *ἄκρην* etiam *Σαλμώνιον ἀκρωτήριον* dici; idque Dionysius Periegetes tantum *Σαλμωνίς* dixit. Est igitur sic existimandum, antiquius ac proprium nomen promontorii fuisse *Σαλμώνιον*, e quo mutato *λ* in *μ* factum est *Σαμμώνιον*, quemadmodum Plinius scripsit, ex eoque *Σαμώνιον*. Ubi autem id situm sit, non debet dubitari, cum etiamnunc id Salomo aut Samoni dici soleat; est autem id promontorium Cretae, quod in medio litore orientali longe in mare porrectum est idque ad septentrionem versus, ut recte dixit auctor peripli. Id autem ipsum Mannertum movit, ut hoc promontorium non id esse diceret, quod ejus nomen retinuit, sed quod nunc Sidero dicitur, quod sane et maxime et longissime ad septentrionem vergit, cui tamen opinioni cum nomen promontorii antiquum refragetur, tum quod Strabo dicit Salmonium et ad Rhodi insulas et ad Aegyptum vergens; nam promontorium Sidero omnium minime in Aegyptum vergit; denique quod longitudinem insulae ab occasu usque ad Salmonium metiuntur, quod eam ob causam fit, quod tabulis testibus Salmonium longissime porrigitur ad ortum. Templum Veneris quod in promontorio Samonio esse dicitur, religiosissimum fuit; nam haec Venus Salmonia fuit, per quam Cretenses publice jurare soliti sunt. Oppidum, quod ibi sine dubio olim fuerat cujusque nostra sententia nomen Salmone fuit, jam evanuerat hujus scriptoris tempore, sed portu, qui a borea tutus erat instructusque fonte, nautae uti perrexerunt. Videtur idem esse, qui hodie Schigma dicitur, quod verbum cum discidium aut scissuram significet, concludere licet hoc eum propterea appellatum esse, quod

δὲ ἱερὸν Ἀθηνᾶς· ἔχει ὕφορμον καὶ ὕδωρ· τὰ δὲ ἄλλα ἠφανισμένα. Ἀπὸ Σαμωνίου εἰς Ἱερὰν Πύδναν[1] σταδ. π.′ πόλις ἐστὶν· ἔχει ὅρμον. ἔχει δὲ καὶ νῆσον· καλεῖται Χρύσεα·[2] ἔχει λιμένα καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Ἱερᾶς Πύδνης εἰς Βίενον[3] σταδ. ο.′ πολίδριόν ἐστιν ἀνέχον τῆς θαλάσσης. Ἀπὸ Βιένου εἰς Λέβηναν[4] σταδ. ο.′ ἐκεί

Ibi est templum Veneris. Etiam habet portum et aquam; cetera autem evanuerunt. A Sammonio ad Hierapytnam stadia 80. Urbs est. Habet locum appellendi; habet vero etiam insulam, quae Chrysa vocatur. Ea habet portum et aquam. Ab Hierapytna ad Biennon stadia 180. Oppidulum est, supra mare positum. A Bienno ad Lebenam stadia 80. Contra

promontorium quasi a litore insulae scissum videtur. In ea ipsa scissura plures insulae jacent, antiquis temporibus Plotiae dictae, nunc Gradus, saltim omnium maxima.

1) Ita nomen hoc a Constantino quoque scribitur, quod veteres *Πύτνα* scripserunt. Vocabulum autem *πύτνα* montem significat, quam ob rem urbs etiam *ἱερὰ πέτρα* appellata est, quod nomen apud Ptolemaeum est, idque videtur etiam inferioribus temporibus fuisse usitatum, quod nunc etiam id oppidulum, quod propter antiquum conditum est, Girapetra sive Cirapetro dicitur. Fuit autem prope ab oppido collis, in quo Juppiter colebatur quique inde sacer dicebatur, sub cujus radicibus cum paullatim oppidum esset ortum, id ab illo sacro colle nomen accepit. Nec verum putamus, quod Stephanus dixit, Hierampytnam antea et Cyrbanta et Camiron esse appellatam, nam prius nomen Hierapytnenses eo ipsorum oppido vindicarunt, ut ejus originem ad Corybantum aliquem referrent, alterum eo, quod foedus cum Camiriis Rhodi insulae facturi hos simulata prisca consanguinitate eo facilius in hoc inducere volebant.

2) Haec insula etiam Gaudos nominata est; hodie ea et altera minor, quae prope jacet, Gaidoronissa sive Calderoni dicitur.

3) De hoc oppido haec excerpsit Stephanus: *Βίεννος, πόλις Κρήτης· οἱ μὲν ἀπὸ Βιέννου τοῦ τῶν Κουρήτων ἑνός οἱ δὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ἄρη γενομένης βίας, ἣν ἐνταῦθα δεδέσθαι φασὶν ἀπὸ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου τῶν παίδων Ποσειδῶνος· καὶ μεχρὶ καὶ νῦν τὰ καλούμενα ἑκατομφόνια θύεται τῷ Ἄρει· Ὁ πολίτης Βιέννιος.* De istis gigantibus haec dixit Homerus Od. XI. 311.

Ἐννέωροι γὰρ τοίγε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
Εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.

et Virgilius Aen. VI. 582 haec

Hic et Aloidas geminos, immania vidi
Corpora.

Ab Hierocle hoc oppidum Bienna dicitur, mediaque esse inter Inatum et Hierapytnam, et ita situs ejus etiam in tabula est Peutingeriana, in qua triginta millibus passuum ab Arcadia et viginti m. ab Hierapytna abest. Quo accedit, ut nunc quoque vicus aliquo a mari spatio situs dicatur *Βίανο*, quod nomen quin ab antiquo ducendum sit, dubitandum non est. Quapropter non recte ab Hoekkio hoc oppidum in litore Cretae boreali collocatum est. Pro *ὁ* autem *ῥό* scribendum esse, in eo plane assentimur Pashleyo, Ang-

παράκειται νησίον ὃ καλεῖται Ὀξεῖα·[1] ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ Λεβήνας εἰς Ἀλὰς[2] σταδ. κ.' Ἀπὸ Ἀλῶν εἰς Μάταλαν[3] σταδ. τ'. Πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει. Ἀπὸ Ματάλης εἰς Σουλίαν[4] σταδ. ξε'·

eam jacet insula, nomine Oxia. Ea aquam habet. A Lebena ad Thalassam stadia 20. A Thalassa ad Matalum stadia 300. Urbs est et portum habet. A Matalo ad Suliam stadia 65.

lo, qui peragrata tota Creta librum hunc edidit: Travels in Crete. 2 voll. Londini, 1837. 8. Cfr. vol. I. p. 278 sqq.

4) Sic etiam Pausanias et Ptolemaeus scribunt; Strabo *Λέβην, Λεβῆνος*. Haec Lebena fuit navale ac portus Gortyniorum, a quorum urbe abfuit stadia nonaginta. Apud oppidum Lebenaeorum fuit templum Aesculapii in modum templi Cyrenaici ejusdem dei aedificatum, ut Pausanias scripsit in Corinthiacis, c. 26: *Ἐκ δὲ τοῦ παρὰ Κυρηναίοις τὸ ἐν Λεβήνῃ τῇ Κρητῶν ἐστιν Ἀσκληπεῖον*, et Philostratus in vita Apollonii l. IV, c. VI: *Προήει δὲ (ὁ Ἀπολλώνιος), πόθῳ τῆς Ἴδης, ἀνελθὼν οὖν καὶ τοῖς θεολογουμένοις ἐντυχὼν ἐπορεύθη ἐς τὸ ἱερὸν τὸ Λεβηναῖον· ἔστι δὲ Ἀσκληπίον, καὶ ὥσπερ ἡ Ἀσία ἐς τὸ Πέργαμον, οὕτως ἐς τὸ ἱερὸν τοῦτο ξυνεφοίτα ἡ Κρήτη. πολλοὶ δὲ καὶ Λιβύων ἐς αὐτὸ περαιοῦνται· καὶ γὰρ τέτραπται πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος·* Juxta Lebenam promontorium fuit, Leo dictum, idque Philostrato auctore ob hanc causam: *Λεβηναῖον δὲ τὸ ἱερὸν ὠνομάσθαί φασιν, ἐπειδὴ ἀκρωτήριον ἐξ αὐτοῦ κατατείνει, λέοντι εἰκασμένον. μῦθον δὲ ἐπὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ ᾄδουσιν, ὡς λέων εἴς οὗτος γένοιτο τῶν ὑποζυγίων ποτὲ τῇ Ῥέᾳ.*

1) Hanc parvam insulam neque a scriptore ullo commemoratam nec in ulla tabula descriptam vidimus.

2) Hoc corruptum nomen est, sed quod facile potest restitui; neque enim dubium est, quin idem oppidum ab hoc scriptore intelligatur, quod in plurimis codicibus testamenti novi non recte *Λάσαια* scriptum est. Est autem in actis apostolorum, cap. XXVII, sic: *Ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην· μόλις δὲ παραλεγόμενοι αὐτὴν ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ καλούμενον τοὺς καλοὺς λιμένας· ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λάσαια.* Iam Beda dixerat, pro *Λασαίᾳ* scribendum esse *Λάσαιαν* eaque emendatio praeclare confirmata est Alexandrino novi testamenti codice, qui est in museo britannico, in quo scriptum est *Ἄλασσα*, omissa a librario litera *θ*; nam ita sane videtur scribendum esse, cum etiam interpres, quem dicunt, vulgatus sic scripserit: „Et vix juxta navigantes venimus in locum quendam, qui vocatur Boni portus, cui juxta erat civitas Thalassa.“ Qui cum haud dubie in codice, quem interpretando secutus est, ita scriptum invenerit, non videtur de scriptura *Θάλασσα* dubitari debere. Et Stephanus quoque commemorat oppidum Thalassam, non addita tamen terra. Quae cum ita sint, videtur in hoc quoque periplo *εἰς Θάλασσαν* emendandum esse, tametsi scriptura codicis alexandrini *Ἄλασσα* videri potest hoc corrupto verbo *Ἄλας* confirmari. Mirari subit, cur auctor peripli non nomen portus ipsius, *καλῶν λιμένων*, commemorarit. Is hodie quoque a Graecis *καλοὺς Λιμένας*, ab Italis audem Paleomolo dicitur. Mensura XX stadiorum recta videtur esse.

3) In Strabonis codicibus plurimis *Μέταλλον* hoc oppidum scribitur, sed in aliquibus corrupte-

ἀκρωτήριόν ἐστιν ἀνέχον πρὸς Μεσημβρίαν· λιμήν ἐστι· καλὸν ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ Σουλήνας εἰς Ψυχέαν[2] σταδ. ιβ.' Ἀπὸ Ψυχέας ἐπὶ τὸν Λάμωνα[3] σταδ. ρν'. λιμήν ἐστι· καὶ πόλιν ἔχει δὲ ὕδωρ. Ἀπὸ δὲ Πύδνης[4] ἐπὶ τὸν Ψυχέα σταδ. τν'. λιμὴν θερινὸς καὶ ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ Ψυχέων ἐπὶ Ἀπολλωνιάδα[5] σταδ. λ.' Ἀπὸ Ἀπολλωνίας (leg. Ἀπολλωνιάδος) εἰς Φοίνικα[6] σταδ. ρ.' πόλις ἐστὶν· ἔχει λιμένα καὶ νῆσον. Ἀπὸ Κλαυδίας[7] εἰς Φοίνικα σταδ.

Promontorium est ad meridiem prominens: id portum habet et aquam pulcram. A Sulia ad Psychion stadia 13. A Psychio ad Lamona stadia 150. Portus est et oppidum habet et aquam. Ab Hierapytna autem ad Psychion stadia 350. Portus aestivus est et aquam habet. A Psychio ad Apolloniam stadia 50. Ab Apollonia ad Phoenicem stadia 100. Urbs est. Ea habet aquam et insulam. A Claudia ad Phoenicem stadia 300. Habet urbem

lae sunt: *Μέταιον* et *Μάταιον*. Cum vero apud Ptolemaeum *Ματαλία* et in hoc periplo *Μάταλα* scriptum sit cumque *Μάταλον* facillime mutari potuerit in *Μέταλλον* propter vocabuli creberrimum usum, putamus scribendum esse *εἰς Μάταλον*, quo accedit hoc, ut nunc quoque et promontorium, juxta quod Matalon situm fuit, Matala, et oppidum Castro Matala aut Castro hellenico dicatur; namque ibi vestigia sunt antiquitatem prae se ferentia. Sunt enim camarae in rupem incisae, quae apothecae videntur fuisse et aedes partim in rupem incisa partim lapidibus extructa: ea Divae Mariae dicitur: in alia parte sunt sepulcra, in rupem incisa, in quibus plurimis duae aedes sunt, altera pone alteram in aedisque interioris utroque latere parietes habent loca apta ad accipienda funera, uti etiam sub solo videntur posita fuisse funera. Cfr. Pocock. T. II. p. 346. Hoc autem Matalum alterum navale Gortynensium fuit. Mensuram oportet esse falsam. Si quis coniiciat *π'*, ea recta sit mensura.

1) Hoc promontorium portusque Sulia sive Sulena non commemoratur ab ullo alio scriptore. Pashlejus in hac opinione est, ut putet, hanc Suliam ibi fuisse, ubi nunc est Hagio Galene, portus primarius oppidi, nomine Amari. Mensura LXXXV stadiorum in hunc locum convenit.

2) Non dubitandum est, quin pro *Ψυχέα* scribi debeat *Ψύχιον*, nam sic et Ptolemaeus scribit et Stephanus, apud quem sic est: *Ψύχιον, τόπος Κρήτης, ἐν ᾧ πόλις ἦν ὁμώνυμος. Τὸ ἐθνικὸν Ψυχιεύς, ὡς τοῦ Νότιον Νοτιεὺς καὶ Δούλιχον Δουλιχεύς.* Pashlejus putat, hoc Psychion ibi fuisse, ubi nunc Kastri est, in quem situm mensura XIII stadiorum, quae in periplo est, bene eodem auctore quadrat.

3) A nemine praeterquam in hoc periplo hujus portus oppidique mentio fit.

4) Est Hierapytna intelligenda, quare etiam *τν'* rectus numerus haberi potest.

5) Haec Apollonia a nemine commemoratur; quam commemorant ceteri scriptores, ea in litore opposito multoque ad ortum magis posita fuit.

6) A Ptolemaeo urbs dicitur Phoenix, portus autem Phoenicus,

τ. ἔχει πόλιν καὶ λιμένα. Ἀπὸ Φοινίκης εἰς Τάῤῥον[1] σταδ. ξ. πόλις μικρά ἐστιν· ἔχει ὅρμον. Ἀπὸ Τάῤῥου εἰς Ποικιλασσὸν σταδ. ξ.'[2] πόλις ἐστὶ καὶ ὅρμον ἔχει καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Ποικιλασ-

et portum. A Phoenice ad Tarrham stad. 60. Oppidum parvum est. Habet locum appellendi. A Tarrha ad Poecilasson stadia 60. Urbs est et locum appellendi habet et aquam. A Poecilasso ad Syiam stadia 50. Urbs est et portum habet peroppor-

supra quem aliquo spatio posita urbs fuit. A Stephano urbs quoque Phoenicus dicitur. Cum hoc periplo Strabo consentit, apud quem sic est: *Τὸ δὲ ἔνθεν ἰσθμός ἐστιν ὡς ἑκατὸν σταδίων, ἔχων κατοικίαν πρὸς μὲν τῇ βορείῳ θαλάττῃ Αμφίμαλλον· πρὸς δὲ τῇ νοτίῳ, Φοίνικα τῶν Λαππέων.* Mensura recta est.

7) Haec insula a Ptolemaeo dicitur *Κλαῦδος*, a Plinio, IV, 12, Gaudos. Hodie Graecis Gavdos, Italis Gozzo dicitur. Sunt duae aliae minores, quarum una ad occasum e regione huic Claudo jacet eamque ob causam Antigavdo sive Antigozzo dicitur.

1) Quin oppidum Tarrha intelligendum sit, non potest esse dubium; id autem quamquam a ceteris omnibus scriptum est Tarrha, tamen non negaverim, hanc nominis formam, quae est in hoc periplo, fuisse usurpatam. Nam Tarsus, nomen urbis Tarsi, videtur nobis eandem ob causam, quaecunque ea fuit, illi esse datum atque huic Tarrhae sive Tarrho. Haec autem Tarrha quondam celeberrima fuit veneratione Apollinis, qui inde Tarrhaeus appellatus est. Etiam Lucillus grammaticus, Tarrhaeus appellatus, fuit ex hoc oppido oriundus. Fuit autem Tarrha ibi posita, ubi est hodie vicus Hagio Ruméli, admodum prope a litore, ut quae supersunt vestigia veteris oppidi declarant. Quamobrem Hoeckius falsus est, cum diceret, Tarrhan mediterraneam fuisse urbem, quod omissis reliquiis cum huic periplo, in quo tamen ille vir doctus ullam esse auctoritatem negavit, tum vero Ptolemaeo, Tarrham in maritimis locis referenti, non erat consentaneum. De illis autem reliquiis Tarrhaeis Buondelmonti, sacerdos etruscus, qui quattuor abhinc saeculis Cretam Venetis dominantibus peragravit, haec scripsit: ,,Portum antiquae urbis desolatum — hodie Romelum — ingentem aspicio templum in subversione volutum, quo omnia genera marmorum — sine ordine jacent. Aspicio idolorum sine capitibus busta et ab altero latere templi caput Veneris vel Dianaè inveni, quod super omnia pulcherrimum videbatur. — Columnae cisternaeque cum hedificiis amplis omnia patescunt. Cernimus nimis deletas Graecas literas scriptas, sequimur deinde eas, heu scissum erat, sed per conjecturas sic cernere potui: Munda pedem, vela caput, et intra. "Quae inscriptio templi, quod merito suspicamur Apollinis fuisse, ut Buondelmonti dicit, si ita se habuit, idem mos fuit id ingredientium qui templum Britomartis: nam Solinus haec tradit capite XI. ,,Cretes Dianam religiosissime venerantur, Britomartem gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem dulcem. Aedem numinis praeterquam nudus vestigia nullus licito ingreditur. Ea aedes ostentat manus Daedali." Nunc Pashleio auctore paucae admodum reliquiae veterum aedifi-

σοῦ εἰς Σύβαν[1] σταδ. ν. πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα καλὸν ἔχει. Ἀπὸ Λισσοῦ[2] εἰς Καλαμύδην[3] σταδ. σν'. Ἀπὸ Καλαμύδης εἰς Κριοῦ Μέτωπον σταδ. λ.' ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλόν· ἔχει ὕδωρ καὶ ὕφορμον. Ἀπὸ Κριοῦ Μέτωπον περίπλους εἰς Βίενον[4] σταδ. ιβ. λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Βιένου εἰς Φαλάνσαραν (sic)[5] *σταδ.*

tunum. A Lisso ad Calamyden stad. 250. A Calamyda ad Criumetopon stad. 30. Promontorium est altum. Habet aquam et locum appellendi. A Criumetopo circumnavigatur ad Biennum stadiis 12. Portum habet et aquam. A Bienno ad Phalasarnam stadia

ciorum reperiuntur. Tarrha fuit autem posita ubi vallis a mari se aperit, per quam fluviolus in mare infunditur.

2) Mensura stadiorum sexaginta minor existimanda est ac fortasse scribendum *ρξ'*. Nam Poecilassus, quae a Tarrha sexaginta stadia abesse dicitur, vix tertia parte hujus intervalli ab ea abest. Pro Poecilasso apud Ptolemaeum, qui solus praeter hunc scriptorem huius oppidi recordatur, scriptum est *Ποικιλάσιον*. Ubi id autem positum esset, cognovimus Pashlejo, qui dicit, prope vicum Trypeten (quod nomen a rupe excavata ortum est; est enim Trypete et promontorium et vicus;) non modo reperiri paullum antiquorum aedificiorum, sed etiam esse vicum, qui *Βουκολιάσι* appelletur, quod nomen non injuria antiquum ei nomen conservare videtur.

1) Scribendum est *Συΐαν*, Cf. Stephanus, *Συΐα, πόλις μικρὰ Κρήτης, ἐπίνειον οὖσα τῆς Ἐλύρου. ὁ πολίτης Συϊάτης καὶ Συϊεύς.* Hodie is locus Suia dicitur. Positus est autem ad parvum sinum et fluviolum in eum se infundendem. Restant nonnulla monumenta antiquorum incolarum.

2) Excidit aliquid, sed haud dubie nihil praeter mensuram, quae esset inter Syiam, Lissumque et hujus ipsius urbis descriptionem, nam parvo spatio abfuit Lissus a Syia. Lissus autem, quod a Pashleio discimus, posita fuit ad vicum, qui nunc Kyrko vel Kyriako dicitur, ad occidentem a promontorio, Flomi dicto. Est ibi sinus fluviusque in eum se infundens.

3) Haud dubie verba exciderunt, quibus quid Calamyde esset descriptum erat. Ad occasum si progredimur Lisso, promontorium est perangustum nec longum, nomine Selino, sed propter castellum Venetorum, quod in eo fuit, Selino Kasteli dici solet. Apud hoc castellum reliquiae columnarum vasumque et aliarum rerum reperiuntur, quae etsi fortasse temporum sunt Venetorum, tamen et natura loci facile adducimur ut credamus, hoc loco hoc quod in periplo dicitur oppidum Calamyden positum fuisse. Numerus *σν'* omnino falsus est; fortasse scribendum est *ξ'* vel *π'*. Plane recte autem qui sequitur numerus *λ'* se habet, si quo loco diximus sitam fuisse Calamydem, vere id diximus. Nam parvo intervallo sequitur promontorium, quod veteres caput arietis vocaverunt. Nunc Krio dicitur.

4) Haec igitur altera Biennus est; quae cum a capite arietis tantum duodecim abesse stadia dicatur, existimandum est eam fuisse ibi positam, ubi statim inde ab illo promontorio parvus sinus est, qui videtur perquam aptus ad appellendum esse.

σξ.′ ὅρμος ἐστὶν ἐμπόριον πόλις παλαιὰ νῆσος δὲ ἀπὸ σταδ. ξ.′ Ἰουσάγουρα[1] *βλέπουσα πρὸς ἀνατολὰς ἔχει λιμένα· ἔχει δὲ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἐν τῷ λιμένι· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη νῆσος ἀπὸ σταδίων γ.′ καλεῖται Μέση καὶ ὅρμον ἔχει· ἡ δὲ τρίτη καλεῖται Μύλη*[2]*· ὁ δὲ πλοῦς βαθὺς ἀγωρὰν*[3] *ἔχει. Ἀπὸ Μύλης ἐπὶ Τρητὸν*[4] *σταδ. ν.′ ἀκρωτήριόν ἐστι τετρημένον κατὰ Κρημνὸν τῆς Κρήτης. Ἀπὸ τοῦ Τρητοῦ εἰς Ἀγνεῖον*[5] *σταδ. ν.′ λιμήν ἐστι*

260. Locus appellendi est et emporium et urbs antiqua. Abest insula stadia 60, Musagores dicta et ad ortum spectans et habens portum, in quo est templum Apollinis. Est etiam alia insula, quae abest stadia 3. Ea vocatur Media et portum habet. Tertia autem insula Myla dicitur. Cursus autem profundus .... :... habet. A Myla ad Tretum stadia 50. Promontorium est Cretae, perforatum ac silvis obtectum. A Treto ad Agneum stadia

5) *Εἰς Φαλάσαρνα* scribendum est, nam ita ab omnibus haec urbs dicitur. Scylax haec dicit: *Διάπλους δὲ ἀπὸ Λακεδαίμονος, ἕως ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ἐφ᾽ οὗ ἐστὶ πόλις Φαλάσαρνα, ἡμέρας δρομός.* Situm Phalasarnorum, quo progressus est Pashlejus, nunc accurate novimus. Posita enim fuit haec urbs ad vicum, qui nunc dicitur Kutri. Strabone auctore intervallum inter Phalasarna et Criumetopon est ducentorum stadiorum.

1) Plinius sic dicit, IV. c. 61: circumvectisque Criumetopon, tres Musagorae appellatae. Intelligimus, pro *Ἰουσαγόρα* scribendum esse *Μουσάγοραν*, sed ex hoc periplo simul discimus, qua re haec insula ita sit appellata. Nunc Elaphonesi (id est insula cervorum) dicitur. Cum Plinius tres esse dicat, sumendum est, duas minores majori adjacentes esse eamque ob causam eodem dictas nomine. Quam id saepe factum sit, non est quod probem.

2) Apud Plinium l. l. sic est: „Reliquae (insulae) circa Cretam ante Peloponnesum duae Corycae, totidem Mylae.“ Contra Phalasarnam tres sunt insulae, quarum duae ad austrum sitae sunt, tertia ad septentrionem. Illarum quae infra alteram jacet eaque major est, nunc Prasonesi dicitur, quae supra hanc Megalonesi, quamquam illa major est, quae autem ad septentrionem est nunc Petalida dicitur. Pashlejus insulas Prasonesi et Megalonesi eas putat esse, quae a Plinio dicuntur duae Mylae. In eo errare nobis videtur; namque existimamus, eam insulam, quae Prasonesi dicitur, eam esse, quae in hoc periplo media dicitur; quae autem nunc Petalida dicitur, eam, quae in hoc periplo Myle, ac fortasse factum est, ut etiam illa media Myle diceretur, quam ob causam a Plinio duae dicuntur esse Mylae. Atque in hanc nostram opinionem etiam nomina et antiquum et recens faciunt; nam utrumque videtur insula propter formam accepisse. Ut hoc addamus, hae tres insulae nunc a Cretensibus *τῆς ἀκτῆς τὰ νησία* dicuntur.

3) Quid pro hoc verbum substituendum sit, difficile dictu est. Nam Mylam forum habuisse, scriptor non potest dixisse, cum id non conveniat cum sententia. Li-

ἔχων ἱερὸν Ἀπόλλωνος· ἔστι δὲ ἐσώτερος κόλπος καὶ καλεῖται Μαρτίλος καὶ ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ Ἀγνείου εἰς Κίσαμον[6] *σταδ. π.' πόλις ἐστὶν. ἐν κόλπῳ κειμένη· ἔστι δὲ λιμὴν· ἔχει καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Κισσάμου ἐπὶ τὴν Τύρον*[7] *σταδ. κε.' ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψη-*

50. Portus est habens templum Apollinis. Est autem interior sinus. Is dicitur Martilus habetque aquam. Ab Agneo ad Cissamum stadia 80. Urbs est, posita intra sinum. Est autem portus; habet etiam aquam. A Cissamo ad Tityrum stadia 25. Pro-

benter fatemur, nos nescire quid scribendum sit, nisi forte *ἀγωγὴν* substituendum idque interpretandum sic, tractum maris, qui usque ad insulam sit, et profundum esse oportereque teneri a nautis.

4) Hoc promontorium solus peripli auctor habet. Ut nostra fert opinio, idem promontorium est, quod a Ptolemaeo *Κώρυκος* dicitur. Necesse est paulo fusius hac de re ut disseramus, quod geographi putaverunt, Corycum idem promontorium esse, quod a Strabone *Κίραμος* dicitur. Est autem sic apud eum, lib. X, p. 474: *Τῶν δὲ ἄκρων τὸ μὲν ἑσπέριόν ἐστι τὸ περὶ Φαλάσαρνα, πλάτος ἔχον διακοσίων σταδίων καὶ εἰς δύο ἀκρωτήρια μεριζόμενον· ὧν τὸ μὲν νότιον καλεῖται Κριοῦ μέτωπον· τὸ δ' ἀρκτικὸν· Κίμαρος, τὸ δ' ἑῷον τὸ Σαμώνιόν ἐστιν, ὑπερπίπτον τοῦ Σουνίου οὐ πολὺ πρὸς ἕω*, et infra p. 475: *Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς· ἀπὸ δὲ Κιμάρου ἐπὶ Μαλέαν εἰσὶ στάδιοι ἑπατακόσιοι κ. τ. λ.* Hoc igitur promontorium quamquam non apud quemquam alium sive scriptorem sive geographum commemorari commeminimus, tamen quin et nomen verum et res ita se habeat, dubitari non posse, paucis demonstrabimus. Extrema pars, qua Creta ad occasum septemque triones terminatur, a Strabone dicitur *Κίμαρος*, a Plinio autem Corycus. Sed Corycus, quod Ptolemaeus quoque affert, non totum promontorium est, sed pars promontorii; nam ab eo ad occidentem lingua porrigitur, quae propter similitudinem sacci *κώρυκος* dicebatur in quaque Ptolemaeo teste etiam civitas fuit. Sed ea ipsa lingua, ut credendum est, *Τρητὸς* dicta est, cum quasi a continente fuerit abscissa. Ita etiam Cypri promontorium fuit, nomine *Τρητά*, quod verbum ibi minus recte explicavimus. Atque eandem ob causam, quod a veteribus illa lingua et *κώρυκος* dicta est et *Τρητὸς*, nunc ab incolis *Τηγάνι*, id est Bratpfanne, dicitur. Civitatis vero, quae olim fuit ibi, reliquias invenit ac perscripsit Buondelmonti apud Cornelium in Creta sacra p. 87. „Dum sic peragramur per longum iter aliquantisper sub radicibusque promontorii corici fessi recreamur, denique ad eundem montem per immeabilem adscendo semitam, in summitate cuius cum plano exiguo eminebat, meniaque ejus non parum a terra elevata cernere poteramus. Mansiones insuper diligentissime fabricatas cum cellulis subterraneis clare videmus, et cisternas in lapide sculptas mire industrie collaudamus.“ In apographo est *κατὰ Κρημνὸν*, pro quo sine dubio *κατάκρημνον* scribi debet; fieri enim vix potest, ut *Κρημνὸς* pro promontorio toto accipiatur, cuius pars sit Tretus, nisi existimes, in *Κρημνῷ* latere *Κίμαρον*. Nunc hoc promontorium Grabusa vel Buzo dicitur.

λὸν κατάδενδρον· βλέπει πρὸς ἄρκτον. Ἀπὸ τὴν Τύρον ἐπὶ τὸ Δίκτυνον[1] σταδ. π. ὅρμος ἐστὶν αἰγιαλός. Ἀπο τοῦ Δικτυνίου ἐπὶ τὴν Κοίτην[2] σταδ. ρο΄ νῆσός ἐστιν· ἔχει ὅρμον καὶ ὕδωρ· βλέπει πρὸς τὴν Κρήτην πρὸς ἄρκτον. Ἀπὸ τοῦ Ἀκοιτίου[3] εἰς Κοιλωνίαν[4] σταδ. ζ. πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα καὶ εἰς τὴν εἴσοδον βράχη ἔχει. Ἀπὸ Κοιλωνίας εἰς

montorium est altum obtectumque silvis. Spectat ad septentrionem. A Tityro ad Dictynnon stadia 80. Locus appellendi est et litus. A Dictynno ad Coeten stadia 170. Insula est. Habet locum appellendi aquamque. Spectat ad Cretam et ad septentrionem. A Coete ad Cydoniam stadia 60. Urbs est. Habet portum in ejusque introitu brevia. A Cyponia ad Aptera circum-

5) Hujus quoque portus nomen non apud alium scriptorem invenias; sed id recte se habere, docent quae addita sunt. Ubi autem istud Agneum situm fuerit, et ex mensura ex iisque quae sequuntur facile statui potest, Situm fuit enim in promontorii Cimari latere orientali et ad septentrionem quidem.

6) Haec urbs nunc etiam extat. Simul intelligimus, sinum, qui ut nunc ita antiquis temporibus a Cissamo dici solitus est, proprie dictum esse M y r t i l o n.

7) Strabo mentionem facit montis Tityri, ut qui ad Cydoniam situs sit, in quoque sit templum Dianae Dictynnae. At vero etiam promontorium, quod haud dubie brachium Tityri est, ita dictum esse, nec dicit geographus et id ipsum a Ptolemaeo *Ψάκον* dicitur, quod postremum verbum cum a Graecis inferiorum aetatum mutatum esset in *Ψάκα*, id Veneti, cum regnum Cretae obtinerent, in verbum ipsorum linguae s p a d a, id est g l a d i u s, mutaverunt. Num vero *Τίτυρος* pro *Τύρος* substituendum sit, quod ipsum quoque in multis Strabonis reperitur codicibus, difficile ad statuendum est, nam facilius *Τίτυρος* librariorum incuria in *Τύρος* mutari potuit quam contra, ac *τίτυρον* m a g n u m, a l t u m, significare, facile inde existimari potest, quod virorum quoque proprium nomen fuit. *Ψάκον* autem, quo a Ptolemaeo nomine istud promontorium dicitur, interpretamur g u t t a m, cum extrema promontorii pars et rotunda sit et alta. Apicem autem intelligi promontorii, apparet ex verbis *βλέπει πρὸς ἄρκτον*.

1) Hoc oppidum a Ptolemaeo *Δίκταμνον* dicitur. In eo fuit templum Dianae Dictynnae, quamobrem etiam promontorium vel certe mons, quo id constat, D i c t y n n a e u s dici solitus est. Cum reliquiae testentur illud templum urbemque fuisse ad vicum, qui hodie dicitur *Καγγιλιηρες*, apparet mensuram *π΄* esse falsam. Ceterum pro *ὅρμος ἐστὶν αἰγιαλὸς*, scribendum est: *ὅρμος ἐστὶ* **καὶ** *αἰγιαλός*.

2) Hoc nomen insulae a nullo scriptore commemoratur, sed id recte se habere, dubitari non debet. Insulam autem eam intelligendam esse, quae hodie S a n T e o d o r o dicitur, quis neget? Id autem nominis videtur nobis insulae datum esse propter formam oblongam. Errant vero et ii, qui putant eam a veteribus dictam esse L e u c e n, et Pashlejus, qui utramlibet Budroarum, quas com-

Ἀσπέραν[1] *περιπλέεται σταδ. ρν΄ πεζῇ δὲ μίλια ρκ΄ ὁ τόπος. Μίνω*[2] *καλεῖται εἰς ὃν κεῖνται νῆσοι τρεῖς αἳ καλοῦνται Λευκαί.*[3] *Ἀπὸ τῆς Μινώος Ἀμφιμάτριον*[4] *σταδ. ρν΄ ποταμός ἐστι καὶ λιμὴν περὶ αὐτοῦ παραχειμαστικὸς καὶ πύργον ἔχει. Ἀπὸ Ἀμφιματρίου εἰς Ὕδραμον*[5] *σταδ. ρ΄ πόλις ἐστίν· ἔχει αἰγιαλὸν·*

navigatur stadiis 150. Terra hoc iter conficis stadiis 120. Ibi locus est: vocatur Minoa, contra quem jacent insulae tres, quae vocantur Leucae. A Minoa ad Amphimatrion stadia 150. Ibi fluvius est ejusque ostiis portus ad hibernandum aptus, qui turrim habet. Ab Amphimatio ad Hydramon stadia 100. Oppi-

memorat Plinius, apud quem sic est, IV, 12: Dextra Cretam habenti contra Cydoniam L'euce et duae Budroae. Quas scriptor insulas intellexerit aut si non intellexit intelligere debuerit, post dixero, nunc tantum dicimus, insulam San Teodoro a veteribus dictam esse Coeten idque neminem scriptorem praeter peripli auctorem tradere.

3) Quid pro *Ἀκοιτίον* scribendum sit, non est quod dicamus.

4) Mira commutatio nominum. Ita supra videbamus *Καλχηδόνα* dici pro *Καρχηδόνα*. Scribendum est autem *Κυδονία*. Hanc autem urbem in eo positam loco fuisse, ubi nunc est Kanea, a Pashlejo in eo libro, quem supra commemoravimus, ita demonstratum est, ut dubitari ullo pacto non jam debeat. Conferantur etiam, quae in nostro libro: Griechenland und die Griechen libro sexto de hac urbe disputavimus.

1) Corrigendum *εἰς Ἄπτερα* est. Cfratur Pashlej. vol. I. 61 sq. et noster liber, quem modo diximus.

2) Haec Minoa sita fuit in promontorii, quod nunc Malaca dicitur, latere orientali. Plinius Minoum scribit.

3) Persuasum nobis est, has tres insulas, quae in hoc periplo dicuntur *Λευκαί*, a Plinio dici Leucen et duas Budroas. Apud Stephanum sic est: *Ἄπτερα, πόλις Κρήτης, ἀπὸ τῆς τῶν Μουσῶν καὶ Σειρήνων ἔριδος, τῆς ἐν τῷ Μουσείῳ πλησίον τῆς θαλάττης τόπῳ τοιῷσδε καλουμένῳ γενομένης· ἐν ᾧ μετὰ τὴν ἐν μουσικῇ νίκην τῶν Μουσῶν οἱ Σειρῆνες δυσφοροῦσαι τὰ πτερὰ τῶν ὤμων ἀπέβαλον καὶ λευκαὶ γενόμεναι εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον ἑαυτάς· ὅθεν ἡ πόλις Ἄπτερα, αἱ δὲ πλησίον νῆσοι Λευκαί.* Earum una nunc Suda (pili, munimentum) dicitur.

4) A Plinio et Ptolemaeo urbs commemoratur Pantomatrium. Putamus idem esse oppidum, quod in hoc periplo dicitur *Ἀμφιμάτριον*; nam utrumque nomen idem significat.

5) Haec urbs hodie Dramia dicitur.

6) Existimamus, hanc urbem eam esse, quae a ceteris Eleutherna sive Eleuthernae dicitur, quamquam apud Hieroclem quoque p. 33 Eleuthera scriptum est.

7) Hoc corruptum nomen est. Fortasse *Ἀμφίμαλλαν* substituendum est.

8) Hoc navale Cnossi a ceteris quoque commemoratur. Quis autem dubitet, quin pro *Μόνησος* scribendum sit *Κνωσσός*.

9) A ceteris rectius *Δῖα* dicitur, nam nunc dicitur Standia, quod compositum est ex *εἰς τὰν Δίαν*.

10) Haec Chersonesus nunc quo-

καλεῖται δὲ ἡ πόλις Ἐλευθέρα[7]· πεζῇ δὲ ἀναβῆναι ἀπὸ τοῦ Ἀμφιματρίου μίλια ν.' Ἀπὸ Ἀμφιματρίου εἰς Ἀστάλην[8] σταδ. λ.' λιμήν ἐστιν· εὐωνύμως ἔχει ὕδωρ· ἐντεῦθεν Ἐλευθέρα ἄπο σταδίων ν.' Ἀπὸ Ἀστάλης εἰς Ἡράκλειον[9] σταδ. ρ.' πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα καὶ ὕδωρ· ἄπο σταδίων κ.' πόλις κεῖται Μονησός· ἀπόκειται δὲ καὶ νῆσος ἄπο σταδίων μ.' πρὸς δύσιν· καλεῖται Δῖος[10]. Ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου εἰς Χεῤῥόνησον[11] πόλιν σταδ. λ.' ὕδωρ ἔχει καὶ νῆσον ἔχουσαν πύργον καὶ λιμένα. Ἀπὸ Χεῤῥονήσου εἰς Σολοῦντος[1] σταδ. ξ.' ἄκρα ἐστίν· ὕφορμον ἔχει· ἔχει δὲ ὕδωρ καλόν· ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς γῆς σταδ. κ.' Ἀπὸ Σολοῦντος εἰς Καμάραν[2] σταδ. ιε.' Ἀπὸ Καμάρας εἰς Ἑτέραν[3] σταδ. κε. Ἀπὸ τῆς Ἑτέρας ἐπὶ τὴν Κητίαν ἄκραν[4] σταδ. ιε.' ὕφορμός ἐστιν, ἄνυδρος δέ. Ἀπὸ τῆς Κητίας Ἄκρας εἰς Διονυσιάδα[5] σταδ. τ.' νῆσοί εἰσι δύο ἔχουσαι λιμένα καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Διο-

dum est. Habet litus. Vocatur autem urbs Eleuthera. Illuc descenditur terra ab Amphimatrio stadiis 50. Ab Amphimatrio ad Amphimallam stadia 30. Portus est ad sinistram; habet aquam. Inde abest Eleuthera stadia 50. Ab Amphimalla ad Heraclaeum stadia 100. Oppidum est. Habet portum et aquam. Abest stadia viginti oppidum Cnossos. Contra jacet ad orientem insula, stad. 40 remota. Vocatur Dia. Ab Heraclaeo ad Chersonnesum oppidum stadia 30. Aquam habet et insulam, quae habet turrim et aquam. A Chersonneso ad Oluntem stadia 60. Promontorium est. Habet locum appellendi et etiam aquam bonam. Abest a continente stadia 20. Ab Olunte ad Camaram stadia 15. A Camara ad Eteam stadia 25. A Camara ad Eteam stad. 25. Ab Etea ad promontorium Ceteum stadia 14. Portus est sine aqua. A promontorio Ceteo ad Dionysiades stadia 300. Sunt

que K e r s o n e s o s dicitur, estque sedes episcopi.

1) Falso scriptum est *Σολοῦντος*. Scribendum est Scylace teste *Ὀλοῦντος*. Sita autem fuit haec urbs in ea peninsula, quae nunc S p i n a l o n g a (dorsum longum) dicitur.

2) Haec urbs etiam Lato dicta est. Sita autem fuit in continente, ex adverso isti peninsulae.

3) Non dubitamus, quin pro *Ἑτέραν* scribendum sit *Ἔτειαν*. Mensura *κε'* falsa est.

4) Videmus igitur, quod ultimum promontorium ad orientem est quodque hodie dicitur S i d e r o, a veteribus dictum esse *Κήτεια*, quod nos a *κήτῳ* ducimus, ut quasi significet promontorium, quod coeti habeat speciem.

5) Cum periplo plane consentiunt, quae Diodorus dicit, V. 75:

νυσιάδος εἰς τὸ Ἀμμώνιον ὅθεν ἠρξάμεθα περιάγειν τὴν Κρήτην σταδ. ρκ.

duae insulae, habentes portum et aquam. A Dionysiadibus ad Sammonium, unde orsi sumus periplum Cretae, stadia 120.

Διόνυσον δὲ μυθολογοῦσι εὑρετὴν γενέσθαι τῆς ἀμπέλου καὶ τῆς περὶ ταύτην ἐργασίας. ἔστι δ' οἰνοπιΐας καὶ τοῦ πολλοὺς τῶν ἐκ τῆς ὀπώρας κάρπων ἀποθησαυρίζεσθαι καὶ τὰς τροφὰς παρέχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ πολὺν χρόνον· τοῦτον δὲ τὸν θεὸν γεγονέναι φασὶν ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης κατὰ τὴν Κρήτην, ὃν Ὀρφεὺς κατὰ τὰς τελετὰς παρέδωκε διασπώμενον ὑπὸ τῶν Τιτάνων· πλείονας γὰρ Διονύσους συμβαίνει γεγονέναι· οἱ δ' οὖν Κρῆτες τῆς παρ' αὐτοῖς γενέσεως τοῦ θεοῦ πειρῶνται σημεῖα φέρειν, λέγοντες ὅτι περὶ τὴν Κρήτην δύο νήσους κτίσας ἐπὶ τῶν καλουμένων διδύμων κόλπον Διονυσιάδας ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν, ὅπερ μηδαμοῦ τῆς οἰκουμένης αὐτὸν ἑτέρωθι πεποιηκέναι.

Lipsiae, typis J. H. Nagel.

1.20 x 1.7½